This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UC-NRLF
$B 290 202

Digitized by Google


Digitized by Google

SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
LVX
FIAT
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS
75Ilem
1805
v.1

5e

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EMPEDOCLES

AGRIGENTINVS

DE VITA ET PHILOSOPHIA EIVS

EXPOSVIT

CARMINVM RELIQVIAS

EX ANTIQVIS SCRIPTORIBVS COLLEGIT

RECENSVIT ILLVSTRAVIT PRAEFATIONEM

ET INDICES ADIECIT

M. FRIDER. GVIL. STVRZ

TOMVS PRIMVS

LIPSIAE

LITERIS ET SVMTIBVS GOESCHENII

CIↃIↃCCCV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PA3968
E6
1805
v.1
MAIN

COMMENTATIO
DE
EMPEDOCLIS
VITA ET PHILOSOPHIA
PRAEEVNTIBVS
SCRIPTORIBVS ANTIQVIS

Digitized by Google

301605

Digitized by Google

LECTORI S.

Quicunque non ignarus est historiae literariae, is recentioribus temporibus viros doctos non paucos cum alia multa de Empedocle scripsisse, tum carminum eius reliquias ex antiquis varii generis scriptoribus colligere atque edere voluisse, neque tamen edidisse, exploratum habeat necesse est. Qui mihi quidem innotuissent, eos hic, *Fabricio* et Ill. *Harlesio* magnam partem indicantibus, commemorasse non superfluum videbatur. Scilicet *Iosephus Barberius* [1]) promiserat Empedoclem restitutum, et *Iohannes Caramuel* [2]) Empedocleam philosophiam, quam Louanii se iam ante multos annos scripsisse ait. *Theodorus Canterus*

1) de miseria poetarum; in *Gronouii* thes. antiquitt. Graec. T. X. p. 822. sq. siue in *Menckenii* analectis de calamitate literatorum (Lips. 1707. 12.) p. 516.

2) in critica philosoph. diss. V. metaph. nr. 815. p. 353.

Digitized by Google

collegerat fragmenta omnia, quaecunque potuit reperire, in his Empedoclis, breui edituras [3]). *Iohannes Albertus Fabricius* [4]) scripsit, se multo plura quam *Henricum Stephanum* [5]) congessisse et illustrasse in syntagmate singulari de vita, philosophia ac scriptis Empedoclis, quod in lucem dare animus esset. Vir doctissimus *van Goens* [6]) narrat, se ex *Scaligeri* aduersariis, in bibliotheca Leidensi seruatis, tum e scholiastis et philosophis MSS. inprimis e commentariis in Platonem ineditis, et aliis editis libris apparatum fragmentorum Empedocleorum forte trecentorum et amplius collegisse, et plura conquirere ad syntagma Empedocleum aliquando publicandum. Etiam *Ernestus Godofredus Lilie*, qui Platonis sententiam de natura animi docte exposuit peculiari libello [7]), cogitauerat de colligendis edendisque fragmentis Empedoclis. Et Celeberrimus *Augustus Matthiae* constituerat nouam poeseos

3) v. *Suffridi Petri* de scriptoribus et illustribus Frisiae viris (Colon. Agr. 1593. 8.) Decad. 15, 17.

4) biblioth. Graec. Vol. I. p. 466. (p. 813. ed. *Harles.*)

5) in poesi philosophica (1573. 8.) p. 47. sqq.

6) ad *Porphyr.* de antro Nympharum (Trai. ad Rhen. 1765. 4.) p. 96.

7) Goettingae 1790. 8. edito.

Digitized by Google

philosophicae Stephanianae editionem parare, in qua et ipsa sperari poterat noua ac docta reliquiarum Empedoclis tractatio atque illustratio. Similia *Georgius Gustauus Fülleborn*, si quidem recte memini, ante annos aliquot pollicitus erat.

Iam his tot viris eruditis idem fuisse propositum, nemo facile mirabitur, qui praestantiam philosophiae Empedocleae, quam *Thomas Campanella* quoque et *Emanuel Maignanus* et alii instaurare conati sunt [8]), vel leuiter degustauerit atque cognitam habuerit. Quae non exigua videtur esse operae meae commendatio. Cur vero non illi persequerentur, quod sequi coeperant, haud dubie non eadem fuit omnibus causa. Nonnulli enim, quo minus quae collegerant ederent, morte impediti sunt. Aliis apparatus in itinere periit, vt *Lilio* Italiam peragranti. Alii per multas illas et magnas, quibus tale opus laborat, difficulta-

8) Scilicet *Campanella* scripsit nobile opus de sensu rerum et magia etc. vbi demonstratur, mundum esse Dei viuam statuam, beneque cognoscentem, omnesque illius partes, partiumque particulas sensu donatas esse, etc. Frcf. 1620. 4. et iterum Paris. 1636. 4. Sed *Maignan* philosophiam Empedoclis instaurare instituit in Cursu philosophico, Tolosae 1652. 8. quatuor voll. et Lugduni 1673. fol.

Digitized by Google

tes deterriti videntur, quod mihi quoque parum abfuit quin accideret. Sed de *Fabricii* et *Goensii* fide, nisi aliunde constaret, posset dubitari. Quamuis enim *Moshemius* [9]) se a Fabricio accepisse praedicet complura Empedoclis fragmenta: tamen non solum *Reimarus* [10]) negat admodum copiosa fuisse, quae is mortuus reliquisset, sed etiam in bibliotheca Hafniensi, in quam collectanea Fabriciana migrasse scimus, nihil quod huc spectaret repertum fuit, nisi pauculae quaedam notulae, Stephani poesi philosophicae adscriptae, quas Ill. *Heynii* opera nactus sum. Continent illae tantummodo locos veterum scriptorum, e quibus Stephanus, quae ad Empedoclem pertinerent, hauserat, diligentius notatos additis paginis editionum et capitibus, cum Stephanus libros modo indicasset. Quae quidem aduersariorum Fabricii paucitas explicari facile potest. Vt enim mittam, quod complures viri docti et amici per literas mihi significarûnt, furto illa sublata fuisse, perpendendum est, eum fuisse viro summo morem, vt libris qui-

9) ad *Cudworthi* systema intellect. 1, 13. p. 19. ed. Ien. 1733. fol.

10) de vita et scriptis I. A. Fabricii (Hamb. 1737. 8.) p. 210. sq.

Digitized by Google

busdam, quibus quotidie vteretur, ea insereret, quae in aliis ad idem argumentum pertinentia et notatu digna reperisset, et paucissimis quidem verbis, ita vt, vbi occasio ferret, non solum illa, quae adscripsisset, facile reperiret, sed etiam, per diuinam, qua pollebat, memoriam, multa alia recordaretur, quae tum, cum notam scriberet, forte cogitasset. Quae autem *van Goens* dicit se ex *Scaligeri* chirographo descripsisse, ea quo peruenissent prorsus ignorabam. Certe *Goensius* ille, bis per literas rogatus, vt, si non amplius placeret Empedoclem edere, quae e MSS. collecta haberet, beneuole in vsus publicos mihi mitteret, ne semel quidem rescripsit. Et in bibliotheca Lugduno - Bataua, in cuius catalogo [11]) memoratur sylloge illa *Scaligeri*, qui reliquias Empedoclis vltra centum congesserat et passim emendauerat, hodie nihil tale comparere docuit me *Christophorus Saxius*, popularis meus celeberrimus ac doctissimus.

Non plus auxilii fuit mihi ab opusculo quodam *Gerardi Nicolai Heerkens* [12]), quod inscriptum quidem est *Empedocles siue physico-*

11) p. 340. Cod. XXV.
12) Groningae edito 1783. 8.

Digitized by Google

tes deterriti videntur, quod mihi quoque parum abfuit quin accideret. Sed de *Fabricii* et *Goensii* fide, nisi aliunde constaret, posset dubitari. Quamuis enim *Moshemius* [9]) se a Fabricio accepisse praedicet complura Empedoclis fragmenta: tamen non solum *Reimarus* [10]) negat admodum copiosa fuisse, quae is mortuus reliquisset, sed etiam in bibliotheca Hafniensi, in quam collectanea Fabriciana migrasse scimus, nihil quod huc spectaret repertum fuit, nisi pauculae quaedam notulae, Stephani poesi philosophicae adscriptae, quas Ill. *Heynii* opera nactus sum. Continent illae tantummodo locos veterum scriptorum, e quibus Stephanus, quae ad Empedoclem pertinerent, hauserat, diligentius notatos additis paginis editionum et capitibus, cum Stephanus libros modo indicasset. Quae quidem aduersariorum Fabricii paucitas explicari facile potest. Vt enim mittam, quod complures viri docti et amici per literas mihi significarûnt, furto illa sublata fuisse, perpendendum est, eum fuisse viro summo morem, vt libris qui-

9) ad *Cudworthi* systema intellect. 1, 13. p. 19. ed. Ien. 1733. fol.

10) de vita et scriptis I. A. Fabricii (Hamb. 1737. 8.) p. 210. sq.

Digitized by Google

busdam, quibus quotidie vteretur, ea insereret, quae in aliis ad idem argumentum pertinentia et notatu digna reperisset, et paucissimis quidem verbis, ita vt, vbi occasio ferret, non solum illa, quae adscripsisset, facile reperiret, sed etiam, per diuinam, qua pollebat, memoriam, multa alia recordaretur, quae tum, cum notam scriberet, forte cogitasset. Quae autem *van Goens* dicit se ex *Scaligeri* chirographo descripsisse, ea quo peruenissent prorsus ignorabam. Certe *Goensius* ille, bis per literas rogatus, vt, si non amplius placeret Empedoclem edere, quae e MSS. collecta haberet, beneuole in vsus publicos mihi mitteret, ne semel quidem rescripsit. Et in bibliotheca Lugduno - Bataua, in cuius catalogo [11]) memoratur sylloge illa *Scaligeri*, qui reliquias Empedoclis vltra centum congesserat et passim emendauerat, hodie nihil tale comparere docuit me *Christophorus Saxius*, popularis meus celeberrimus ac doctissimus.

Non plus auxilii fuit mihi ab opusculo quodam *Gerardi Nicolai Heerkens* [12]), quod inscriptum quidem est *Empedocles siue physico-*

11) p. 340. Cod. XXV.
12) Groningae edito 1783. 8.

Digitized by Google

rum epigrammatum libri quinque, sed nihil tamen de Empedocle continet, nisi initio libri tertii [13]), vbi simul causam indicat, cur hunc potissimum titulum operi posuerit, nempe vt vetustatis consuetudinem, simulque vt in memoriam reuocaret maximi nominis virum, qui non modo versibus, sed et versiculis, iisque ab omni antiquitate laudatissimis, physicas res celebrauerat. Ipsum *Heerkensii* epigramma, quod ibi reperitur, hic legisse non poenitebit:

Non meus, Empedocles, frustra liber esse vocatus
Dicitur, Empedocles cui bene notus erit.
Vir Siculus, doctis clarisque parentibus ortus,
Christum ante in viuis saecula quinque fuit.
Natus agro fuerat, vixitque libentius agro,
Vrbs Acragas oculos vt tamen ante foret.
Qua docuit ratione, hominum sibi facta placere,
Cordi naturae res tamen esse magis.
Cuius et in studiis sic est versatus, vt acri
Parta animo, vulgi crederet esse bonum.
Versibus exposuit, quae vidit; et edita priscis
Temporibus, versu condita semper erant.
Sed sic de Physica scripsit numerosus, vt omnes
Vicerit asseclas, quique fuere prius.
Conseruata diu scripta, et mille amplius annis,
Perdidit ex oculis gens rudis orta suis.

13) p. 58. sq.

Digitized by Google

Gens rudis, et Christi quae non didicisse ministris
Debuerat, veterum condere dona patrum.
Vnum illud scitur, senis optima quaeque reperta
Non nisi versiculo dicta fuisse breui.

Multo minus in animum induxi quaerere de colloquio illo Empedoclis Agrigentini cum Magone, nauigatore Punico, quod Graece scriptum se possidere ait Comes Venetus *Corniani*, in libro, quem sub ficto *Nicarni Fefilii* nomine edidit sic inscriptum: *Saggio sopra Luciano, osia Quadro d'antichi e di moderni Costumi* [14]). Dubitari enim vix potest, quin iocose dialogum illum finxerit *Cornianius*, et idem de codice isto MSto statuendum sit, quod statuendum esse scimus de aliis similibus multis [15]). Quia tamen liber ille *Cornianii* non admodum frequens est in his terris, placuit verba eius,

14) Bassani (vel potius Venetiis) 1789. 8.

15) Quo pertinent v. c. *Le auventure di Saffo, poetessa di Mitilene, traduzione dal Greco originale nuovamente scoperto*, in Padoua 1782. 8. item fragmentum aliquod *Xenophontis*, quod in Palmyrae ruderibus inuentum asseruari fertur Londini in Museo Britannico, et quod Franco-Gallice editum est Paris. 1783. 8. et liber, qui inscribitur *Eudoxus, oder über die Aufnahme zum Pythagoräer. Ein Alterthumsstück, der Verwüstung und Vergessenheit entrissen durch* Philadelph. *Aus dem Griechischen.* s. l. 1797. 8. cuius auctor se interpretem fingit Codicis MS. nuper in agro Crotoniensi reperti. Et quae talia figmenta sunt alia.

Digitized by Google

vel, vt ipse quidem nos credere vult, versionem antiquissimi Codicis Graeci, huc adscribere [16]): „In Agrigento nobilissima città di „Sicilia viveva già Empedocle, il quale ascoltò „Pitagora, e divenne e filosofo, e medico, „e poeta, e oratore chiarissimo. Gli Agrigen„tini, che sapevano conoscere, ed onorare il „merito eziandio tra i nazionali, offerirono „al loro illustre concittadino i sandali, la „porpora, e la corona reale. Ma Empedocle „ricusò la sovranità, e acconsentì solo di „essere il capo, e l' ordinatore della patria „repubblica. Scorgeva egli negli Agrigentini „intelletto vivace, e cuore attivo, e perciò „temeva, ch' essi non divenissero soverchia„mente proclivi ai piaceri del lusso, il quale „lacera il seno delle città colla rapacità, coll' „invidia, colla discordia civile. Per allon„tanarli da un tale pericolo Empedocle portò „per prima sua legge lo stabilimento di una „esatta eguaglianza tra i cittadini. Semplici, „e conformi furono le private abitazioni, e „grandiose, e magnifiche quelle che si con„sacrarono agli usi pubblici, e religiosi. „I lavori delle belle arti, che adornavano

16) ex appendice epistolae VII. p. 123 — 126.

Digitized by Google

„queste ultime, servivano ad appagare l'eru-
„dita loro curiosità, e il delicato lor gusto.
„In simili circostanze un celebre navigatore
„Cartaginese nomato Magone per le foci del
„fiume Agragante si condusse ad Agrigento
„con un suo vascello tutto carico di eleganti
„manifatture, di merci squisitamente frivole,
„di monili, di smaniglie, di vezzi, di gra-
„ziosità d'ogni genere sconosciute sino allora
„agli Agrigentini. Appena Empedocle ebbe
„notizia del giungere di Magone col descritto
„convoglio, che fece a lui inibire di esporre
„in vendita la sua mercatanzia. Magone af-
„flitto, e commosso da tale ordinazione pre-
„sentossi ad Empedocle, e così prese a ragio-
„nare:

„MAGONE: Io non so combinare il
„tuo procedere verso di me colle lodi, che
„altamente si danno alla tua sapienza, e alla
„tua giustizia. Il tuo divieto certamente non
„mi sembra nè saggio, nè giusto.

„EMPEDOCLE: Non è mai ingiusto
„cio che tende alla salute della repubblica.

„MAGONE: Alla salute? Dì anzi alla
„barbarie, alla rovina. Niun mercatante ver-
„rà più ad apportarti i prodotti de' climi lon-

Digitized by Google

vel, vt ipse quidem nos credere vult, versionem antiquissimi Codicis Graeci, huc adscribere [16]): „In Agrigento nobilissima città di „Sicilia viveva già Empedocle, il quale ascoltò „Pitagora, e divenne e filosofo, e medico, „e poeta, e oratore chiarissimo. Gli Agrigen„tini, che sapevano conoscere, ed onorare il „merito eziandio tra i nazionali, offerirono „al loro illustre concittadino i sandali, la „porpora, e la corona reale. Ma Empedocle „ricusò la sovranità, e acconsentì solo di „essere il capo, e l' ordinatore della patria „repubblica. Scorgeva egli negli Agrigentini „intelletto vivace, e cuore attivo, e perciò „temeva, ch' essi non divenissero soverchia„mente proclivi ai piaceri del lusso, il quale „lacera il seno delle città colla rapacità, coll' „invidia, colla discordia civile. Per allon„tanarli da un tale pericolo Empedocle portò „per prima sua legge lo stabilimento di una „esatta eguaglianza tra i cittadini. Semplici, „e conformi furono le private abitazioni, e „grandiose, e magnifiche quelle che si con„sacrarono agli usi pubblici, e religiosi. „I lavori delle belle arti, che adornavano

16) ex appendice epistolae VII. p. 123 — 126.

Digitized by Google

„queste ultime, servivano ad appagare l'eru-
„dita loro curiosità, e il delicato lor gusto.
„In simili circostanze un celebre navigatore
„Cartaginese nomato Magone per le foci del
„fiume Agragante si condusse ad Agrigento
„con un suo vascello tutto carico di eleganti
„manifatture, di merci squisitamente frivole,
„di monili, di smaniglie, di vezzi, di gra-
„ziosità d'ogni genere sconosciute sino allora
„agli Agrigentini. Appena Empedocle ebbe
„notizia del giungere di Magone col descritto
„convoglio, che fece a lui inibire di esporre
„in vendita la sua mercatanzia. Magone af-
„flitto, e commosso da tale ordinazione pre-
„sentossi ad Empedocle, e così prese a ragio-
„nare:

„MAGONE: Io non so combinare il
„tuo procedere verso di me colle lodi, che
„altamente si danno alla tua sapienza, e alla
„tua giustizia. Il tuo divieto certamente non
„mi sembra nè saggio, nè giusto.

„EMPEDOCLE: Non è mai ingiusto
„cio che tende alla salute della repubblica.

„MAGONE: Alla salute? Dì anzi alla
„barbarie, alla rovina. Niun mercatante ver-
„rà più ad apportarti i prodotti de' climi lon-

Digitized by Google

„tani, e a concambiarli colle ridondanti mes-
„si di questa ubertosa contrada.

„EMPEDOCLE: Tanto meglio. Così
„non s' introdurranno gli stranieri costumi
„a contaminare i nostri.

„MAGONE: Ma rimarrete anche privi
„dell' oro, che il commercio a larga mano
„diffonde.

„EMPEDOCLE: E che faremo noi
„del vostr' oro?

„MAGONE: Stravaganza! E chi non
„sa che l' oro è il sangue, e la vita degli
„Stati?

„EMPEDOCLE: Ma noi viviamo tut-
„tavia senza questo sangue.

„MAGONE: Non siete però sicuri.
„Avete de' vicini inquieti. Colla forza, che
„l' oro infonde, vi rendereste lor formidabili.

„EMPEDOCLE: Sì; noi potremmo
„assoldare delle truppe prezzolate, siccome
„fanno tutte le vostre città commercianti;
„noi potremmo aver queste truppe, le quali
„ci venderebbero a chi offerisce loro miglior
„condizione.

„MAGONE: E altramente come vi
„potrete difendere?

Digitized by Google

„EMPEDOCLE: La Città non manca „di difensori. Ogni Cittadino è soldato. „Esso combatte non già per difendere il pro- „prio stipendio, ma per difendere i proprj „Numi, le proprie leggi, i vecchi padri, le „mogli, i figli ec.

„MAGONE: Sia; ma tu non mi potrai „negare, che questa tua severità non defraudi „i tuoi concittadini di un gran numero de' „più dolci, e de' più dilicati piaceri.

„EMPEDOCLE: Tu vorresti dire de' „piaceri falsi, e di mera apparenza.

„MAGONE: Anzi di que' piaceri, che „distinguono la gentilezza delle colte nazioni „dalla rusticità de' popoli barbari.

„EMPEDOCLE: Lo so che voi altri „Negoziatori non valutate altri piaceri, fuori „che quelli, che nascono dall' oro, e si ali- „mentano coll' oro: piaceri corruttori d'ogni „buon seme. Con essi non combinano le „qualità sociali: non pace, non generosità, „non carità di patria. Noi conosciamo de' „piaceri più solidi.

„MAGONE: E quali?

„EMPEDOCLE: La bella natura, le „belle arti, la filosofia, l' amicizia, l' amor

Digitized by Google

„conjugale, la conversazione domestica ec.. „E poi rendi gli uomini amanti della virtù, „ed ogni dovere diverrà per essi un piacere.

„Magone rimase confuso, nè ebbe ardire „di proseguire più oltre l'infruttuoso dia- „logo col saggio Empedocle. Ma Empedocle „non visse sempre. Gli Agrigentini dopo „la di lui morte si lasciarono sedurre dalle „lusinghe del lusso. I Cartaginesi pensarono „prima a corromperli con introdurvi l'amor „del superfluo, e poi a soggiogarli. Così „avvenne. I miseri avanzi della repubblica „Agrigentina aggravarono il peso delle loro „catene col rimorso di avere avuto per legisla- „tore Empedocle, e di aver trascurati i suoi „salutari istituti."

Neque magis opus est vt demonstretur, non nisi fictum ingeniose esse *somnium Empedoclis*, quod edidit Cel. *Manso*: Traum des Empedocles über die Erkennbarkeit der Natur [17]).

17) Extat in *Mercier* Erscheinungen und Träume, übersetzt und herausgegeben von *G. Schatz*, Vol. II. Lips. 1791. 8. et in *Guil. Aloysii Schreiberi* deutsch. Beyspielsammlung für Schulen zur Bildung und Veredlung des Geschmacks, Offenbach 1796. 8. denique in auctoris doctissimi *Vermischte Schriften* T. I. Lips. 1801. 8.

Digitized by Google

Ex his iam satis apparet, nihil mihi profuisse labores eorum, qui Codices veteres MSS. adhuc ignotos conferendi occasionem habuisse videri possent, sed me desertum ab omnibus oportuisse fere solis libris editis contentum esse, et summa cum cura nec sine magna molestia ex iis congerere, quae ad Empedoclem vllo modo spectarent. Quae enim e Parisinae et Italicarum bibliothecarum Codicibus MSS. per *Villoisoni* et *Morellii* et *Bossii* [18]), Virorum praestantissimorum, egregiam humanitatem nactus sum, ea valde quidem grata, sed pauciora erant, quam quibus multum iuuarer. Nam continent fere nil nisi quae dudum typis erant descripta, cum perexigua varietate lectionis. Eiusdem notae erant, quae per b. *Denisium* [19]) accepi e bibliotheca Caesarea Pala-

18) Quae *Villoisono* debeam, exponet ipsius epistola, huic meae praefationi subiecta, vbi etiam Cel. *Coraei* in bonas literas merita pro merito laudantur. *Aloysio Bossio*, Canonico ecclesiae Mediolanensis eruditissimo, acceptam refero collationem Sphaerae Empedocleae cum duobus codicibus MSS. *Morellii* denique in me beneficia recensere nimis longum foret.

19) Hic vir praeclarus *Diogenis Laertii* narrationem de vita Empedoclis ex editione Meibomiana conferri mihi iussit a doctissimo *I. B. Bolla*, nuper d. 8. Maii 1802. vita defuncto, de cuius insigni literarum Graecarum amore v. *Neue Allg. deutsche Biblioth.* Vol. XXI. p. 171., in Codice

Digitized by Google

tina Vindobonensi, per *Müllerum* et *Siebelisium* VV. DD. ex episcopali Cizensi, per Cel. *Dassdorfium* ex Electorali Dresdensi. Pergrata, inquam, erant haec omnia, quanquam insatiabili meae nouorum fragmentorum Empedoclis cupiditati ac fami non omnino satisfacientia. Gratissimum etiam accidit, quod editos veterum libros, in quibus de Empedocle agi verisimile esset, conferre omnes, ni fallor, potui. Quos enim ipse non possidebam, eorum plerosque suppeditauit Bibliotheca Senatoria Lipsiensis [20]), alios Goettingensis, Illustris *Heynii* beneficio, alios Vimariensis, Cel. *Boettigero* procurante, alios *Beckii* V. C. humanitas. Et sane in hoc loco, si in alio vllo, quam maxime opus erat multis et insignibus librorum antiquorum adminiculis atque praesidiis. Plurimis enim et grauissimis difficultatibus premitur Empedocleae historiae ac philosophiae tractatio, e quibus vt solius vi ingenii te expedias, nec fieri potest facile, nec

MS. bibliothecae Palatinae Vindobonensis, inter Historicos Graecos nr. LIX. olim XVII.

20) Ad hanc, pene tanquam ad meam, patebat mihi aditus, dum b. *Thiemius* viueret, de cuius in me meritis alio loco exposui. Sed *Lunzii* quoque, viri doctissimi et amicissimi, liberalitas et humanitas laudanda est.

Digitized by Google

consultum videtur. Quod vt statim quasi in limine pateat lectori, vel hoc vnum monere liceat, multa de vita Empedoclis ficta et fabulae quam historiae similiora putari posse a lectore attento. Ex his figmentorum telis et inuolucris quomodo monumentis antiquis destitutus te extrices, difficile dictu est. In *Diogenis Laertii* vita Empedoclis laudantur viginti fere scriptores veteres, quorum omnium libri nobis perierunt. Quis iam praestabit ac spondebit, *Diogenem* hos libros omnes cum summa diligentia inspexisse et inter se contulisse, relationes non temere miscuisse et confudisse, vera a falsis satis distinguere et voluisse et potuisse? Nobis quidem hodie nil nisi hoc superest, vt vel ex rei narratae natura, quia veritas ipsa se prodit, vel ex aliorum veterum testimoniis, quae videantur esse a partium studio aliena, de fide scriptorum, e quibus tanquam e fontibus sua hausit *Diogenes*, vtcunque iudicare conemur. Quae iudicii ratio cum maximam vim habere intelligatur ad cognoscendam narrationis meae indolem: placet momenta quaedam perpendere, quae ad aestimandam scriptorum fidem conferre aliquid videantur. Percensebimus autem singu-

Digitized by Google

los ducibus literis, a quibus nomina eorum incipiunt.

1) *Alcidamas* ἐν τῷ φυσικῷ (apud *Diog. Laert.* 8, 56.) refert, Empedoclem fuisse Parmenidis auditorem. Fuit Alcidamas Gorgiae in arte dicendi discipulus, atque adeo Isocratis oratoris aequalis. (v. *Suid.*) Per temporum igitur rationem possit vera narrasse de Empedocle putari. Neque ipsa eius narratio in se habet quod repugnet. Video tamen, eius fidem suspectam videri nonnullis ideo posse, quia Gorgiam habuit magistrum. De eius libro nequit iudicari, quia vix ab alio vllo scriptore vetere commemoratus reperitur. Codex Vindobonensis LIX. habet Ἀλκίδας, sed in margine Ἀλκιδάμας.

2) *Apollodorus*, Atheniensis, grammaticus. Vixit circa Olymp. CLX. et scripsit, praeter alia, Χρονικὰ siue χρονικὴν σύνταξιν versibus comicis s. iambicis, in quo opere virorum clarorum aetates passim designauerat, adscriptas fere memorabili alicui euento. v. Ill. *Heyn.* not. in Apollodori fragmenta (T. III. notarum ad *Apollodori* bibliothecam p. 1088.), qui etiam (p. 1093.) metri vestigia

Digitized by Google

detexit in iis, quae *Diogenes L.* 8, 52. ex opere isto narrat de Empedoclis patre Metone et ad Thurios itinere, et de ignorantia eorum, qui Empedoclem dicebant ad Syracusanos fuisse exulem et cum iis aduersus Athenienses pugnasse. Ex eodem opere *Diogenes* §. 58. tradit aetatem Gorgiae Leontini. Et videtur *Apollodorus* fide satis dignus.

3) *Aristippus* laudatur 8, 60. vt fides augeatur narrationi *Satyri*, qui Pausaniam medicum vocauerat Empedoclis amasium. Cum vero non appareat, Socraticusne Aristippus intelligendus sit, an Platonicus, an Tarentinus, quem *Iamblichus* [21]) inter Pythagoreos recenset, an alius; cumque liber, e quo testimonium illud petitum esset, non commemoratus reperiatur a *Diogene*: de huius Aristippi fide nihil certi afferri posse nemini mirum videbitur. Putem tamen, intelligi *Aristippum Socraticum*, qui talia narrasse potuit in libro *περὶ ἡδονῆς*, quem *Diogenes* 10, 4. laudat. Ex hac autem ratione existet fide dignissimus. Fuit enim non admodum ab Empedoclis aetate remotus.

4) *Aristoteles* testis citatur 8, 51. auum

21) de vita Pythagorae cap. vlt.

Digitized by Google

Empedoclis, Metonis patrem, vicisse Olymp. LXXI. §. 52. et 74. Empedoclem philosophum diem obiisse annos sexaginta natum. §. 63. eundem fuisse ab omni imperio alienum. In his quatuor locis omisit *Laertius* libri Aristotelici, e quo sua hauserit, nomen. Sed fortassis intelligendum est opus περὶ ποιητῶν, e quo *Diogenes* §. 57. affert Aristotelis de Empedoclis facultate poetica iudicium. *Vossius* [22]) putabat illud scriptum fuisse post ποιητικήν. Ibidem *Diogenes* ex Aristotelis σοφιστῇ refert, Empedoclem artem oratoriam inuenisse.

5) *Democritus Troezenius* 8, 74. dicitur in libro κατὰ σοφιστῶν tradidisse, Empedoclem gulam sibi fregisse laqueo. Sed de huius Democriti et aetate et libro tam parum constat, vt multi viri docti pro Δημόκριτος apud *Diogenem* reponi iubeant Δημήτριος. [23]) An igitur fide dignus putandus sit, definiri nullo modo potest. Quodsi sequaris emendationem Δημήτριος, quam omnino sequendam arbitror, colligi saltem potest, eum Augusti

22) de artis poeticae natura 5, 5. Cf. *Diog.* 5, 22. et *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 400. ed. *Harles.*

23) v. *Menag.* ad l. l. et 9, 49. et *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 643.

Digitized by Google

Imperatoris temporibus vel paulo post vixisse. v. *Athenae.* 4, 7. p. 139. C.

6) *Diodorus Ephesius* scripsit librum de Anaximandro, e quo *Diogenes* 8, 70. refert, Empedoclem imitatum esse Anaximandri mores. Nec de Diodori huius aetate aut fide constituere aliquid poteram.

7) *Eratosthenes* legitur 8, 51. *ἐν Ὀλυμπιονίκαις Aristotelem* secutus exposuisse de Empedoclis auo. Fuit ille inde a Ptolemaei Euergetae temporibus bibliothecae Alexandrinae praefectus, atque adeo optimis quibusque eruditionis copiis praesidiisque instructus, e quo facile potest de eius fide iudicari. Olympionicae eius laudantur etiam ab *Athenaeo* 4, p. 154. A.

8) *Glaucus*, patria *Rheginus*, Democrito atque adeo Empedocli fere aequalis [24]), dicitur 8, 52. narrasse de Empedoclis itinere Thurios suscepto. In quo libro id probabiliter narrauerit, dixi §. 2. not. 13. p. 6. *Diogenem* vero non ipsum inspexisse librum, sed ex *Apollodori* chronicis repetiisse, quae retulit, ostendit *Heynius* l. l. p. 1093. De Glauci fide,

24) v. *Diog. Laert.* 9, 38.

Digitized by Google

Empedoclis, Metonis patrem, vicisse Olymp. LXXI. §. 52. et 74. Empedoclem philosophum diem obiisse annos sexaginta natum. §. 63. eundem fuisse ab omni imperio alienum. In his quatuor locis omisit *Laertius* libri Aristotelici, e quo sua hauserit, nomen. Sed fortassis intelligendum est opus περὶ ποιητῶν, e quo *Diogenes* §. 57. affert Aristotelis de Empedoclis facultate poetica iudicium. *Vossius* [22]) putabat illud scriptum fuisse post ποιητικήν. Ibidem *Diogenes* ex Aristotelis σοφιστῇ refert, Empedoclem artem oratoriam inuenisse.

5) *Democritus Troezenius* §, 74. dicitur in libro κατὰ σοφιστῶν tradidisse, Empedoclem gulam sibi fregisse laqueo. Sed de huius Democriti et aetate et libro tam parum constat, vt multi viri docti pro Δημόκριτος apud *Diogenem* reponi iubeant Δημήτριος. [23]) An igitur fide dignus putandus sit, definiri nullo modo potest. Quodsi sequaris emendationem Δημήτριος, quam omnino sequendam arbitror, colligi saltem potest, eum Augusti

22) de artis poeticae natura 5, 5. Cf. *Diog.* 5, 22. et *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 400. ed. *Harles.*

23) v. *Menag.* ad l. l. et 9, 49. et *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 643.

Digitized by Google

Imperatoris temporibus vel paulo post vixisse. v. *Athenae.* 4, 7. p. 139. C.

6) *Diodorus Ephesius* scripsit librum de Anaximandro, e quo *Diogenes* 8, 70. refert, Empedoclem imitatum esse Anaximandri mores. Nec de Diodori huius aetate aut fide constituere aliquid poteram.

7) *Eratosthenes* legitur 8, 51. ἐν Ὀλυμπιονίκαις *Aristotelem* secutus exposuisse de Empedoclis auo. Fuit ille inde a Ptolemaei Euergetae temporibus bibliothecae Alexandrinae praefectus, atque adeo optimis quibusque eruditionis copiis praesidiisque instructus, e quo facile potest de eius fide iudicari. Olympionicae eius laudantur etiam ab *Athenaeo* 4, p. 154. A.

8) *Glaucus*, patria *Rheginus*, Democrito atque adeo Empedocli fere aequalis [24]), dicitur 8, 52. narrasse de Empedoclis itinere Thurios suscepto. In quo libro id probabiliter narrauerit, dixi §. 2. not. 13. p. 6. *Diogenem* vero non ipsum inspexisse librum, sed ex *Apollodori* chronicis repetiisse, quae retulit, ostendit *Heynius* l. l. p. 1093. De Glauci fide,

24) v. *Diog. Laert.* 9, 38.

Digitized by Google

Empedoclis, Metonis patrem, vicisse Olymp. LXXI. §. 52. et 74. Empedoclem philosophum diem obiisse annos sexaginta natum. §. 63. eundem fuisse ab omni imperio alienum. In his quatuor locis omisit *Laertius* libri Aristotelici, e quo sua hauserit, nomen. Sed fortassis intelligendum est opus περὶ ποιητῶν, e quo *Diogenes* §. 57. affert Aristotelis de Empedoclis facultate poetica iudicium. *Vossius* [22]) putabat illud scriptum fuisse post ποιητικήν. Ibidem *Diogenes* ex Aristotelis σοφιστῇ refert, Empedoclem artem oratoriam inuenisse.

5) *Democritus Troezenius* 8, 74. dicitur in libro κατὰ σοφιστῶν tradidisse, Empedoclem gulam sibi fregisse laqueo. Sed de huius Democriti et aetate et libro tam parum constat, vt multi viri docti pro Δημόκριτος apud *Diogenem* reponi iubeant Δημήτριος. [23]) An igitur fide dignus putandus sit, definiri nullo modo potest. Quodsi sequaris emendationem Δημήτριος, quam omnino sequendam arbitror, colligi saltem potest, eum Augusti

22) de artis poeticae natura 5, 5. Cf. *Diog.* 5, 22. et *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 400. ed. *Harles.*

23) v. *Menag.* ad l. l. et 9, 49. et *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 643.

Digitized by Google

Imperatoris temporibus vel paulo post vixisse. v. *Athenae.* 4, 7. p. 139. C.

6) *Diodorus Ephesius* scripsit librum de Anaximandro, e quo *Diogenes* 8, 70. refert, Empedoclem imitatum esse Anaximandri mores. Nec de Diodori huius aetate aut fide constituere aliquid poteram.

7) *Eratosthenes* legitur 8, 51. ἐν Ὀλυμπιονίκαις *Aristotelem* secutus exposuisse de Empedoclis auo. Fuit ille inde a Ptolemaei Euergetae temporibus bibliothecae Alexandrinae praefectus, atque adeo optimis quibusque eruditionis copiis praesidiisque instructus, e quo facile potest de eius fide iudicari. Olympionicae eius laudantur etiam ab *Athenaeo* 4, p. 154. A.

8) *Glaucus*, patria *Rheginus*, Democrito atque adeo Empedocli fere aequalis [24]), dicitur 8, 52. narrasse de Empedoclis itinere Thurios suscepto. In quo libro id probabiliter narrauerit, dixi §. 2. not. 13. p. 6. *Diogenem* vero non ipsum inspexisse librum, sed ex *Apollodori* chronicis repetiisse, quae retulit, ostendit *Heynius* l. l. p. 1093. De Glauci fide,

24) v. *Diog. Laert.* 9, 38.

Digitized by Google

quod ad Empedoclem attinet, non est cur dubitetur.

9) *Gorgias Leontinus*, aequalis ac discipulus Empedoclis, omnium maxime mihi foret fide dignus, nisi eum constaret valde vaniloquum fuisse. (v. quae §. 5. p. 36. dixi.) Quo referendum videtur, quod *Laertius* 8, 59. ex *Satyro* prodit, dixisse Gorgiam, se adfuisse Empedocli γοητεύοντι. Quod vtrum coram dixerit et ore tantum, an forte in libro περὶ φύσεως s. περὶ τοῦ μὴ ὄντος [25]), et vtrum *Satyrus* ex hoc alioue Gorgiae libro, an ex alius scriptoris, *Alcidamantis* forsitan, opere sua petierit, nullum apparet vestigium.

10) *Heraclides*, cognomine *Lembus*, Serapionis filius, floruit circa Olymp. CL. Scripserat de successionibus philosophorum libros sex [26]), ex *Sotionis* opere excerptos [27]). Etiam *Satyri* vitas philosophorum in compendium redegerat [28]). Haec *Satyri* βίων ἐπιτομὴ intelligenda est 8, 53. vbi Exaenetus, Empedoclis aui filius, Olympia vicisse dicitur cursu.

25) v. *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 808. ed. *Harles.*
26) v. *Diog.* 5, 94.
27) v. *Diog.* 5, 79.
28) v. *Diog.* 8, 40.

Digitized by Google

Ex eadem epitoma videtur petitum esse, quod 8, 58. narratur, Empedoclem philosophum non esse tragoediarum auctorem. Quodsi satis accurate *Satyri* opus excerpsit, videntur non spernenda esse, quae *Diogenes* ex eo tradidit. Cf. *Ionsius* de scriptorib. historiae philosoph. 2, 11, 3.

11) *Heraclides Ponticus*, Platonis, Aristotelis, et Pythagoreorum quoque auditor, scripserat praeter alia περὶ βίων libros duo, et περὶ Πυθαγορείων [29]). Ex alterutro opere hausta videantur, quae 8, 67. et 71. de Empedoclis morte leguntur. Sed magis placet, vt haec narrata putentur in opere περὶ νόσων, cuius pars fuisse videtur liber περὶ τῆς ἄπνου, quae coniectura non parum confirmatur iis, quae §. 60. leguntur. Cf. §. 61. vbi Ἡράκλειτος (Cod. Vindob. LIX. Ἡράκλητος) sine vlla controuersia mutandum est in Ἡρακλείδης. (v. quae §. 5. p. 59 — 64. disputaui.) it. §. 52. extr. non Ἡράκλειτον cum Codice Vindobonensi, qui corrupte iterum dat Ἡράκλητον, et *Menagio*, nec Ἡράκλειτος cum

29) v. *Diog.* 5, 87. et 88.

Digitized by Google

Stephano legendum, sed Ἡρακλείδης. E libro περὶ νόσων narrantur etiam quaedam §. 51. Verum fide vix dignus est iste Heraclides. *Timaeus* enim [30]) dicit: ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων. Et *Cicero* [31]): „Heraclides Ponticus puerilibus fabulis refersit libros." quod tamen iudicium pertinet maxime ad sententias philosophicas. *Plutarchus* [32]) vocat eundem Heraclidem μυθώδη καὶ πλασματίαν. Cf. *Ionsius* l. l. 1, 17, 1. qui etiam §. 2. ducibus auctoribus antiquis plagii eum accusat.

12) *Hermippus Smyrnaeus* vixit circa Ptolemaei Euergetae tempora, celeberrimus opere illo, quod inscriptum erat βίοι [33]). Ex hoc opere, quamuis non nominato, haud dubie tradit *Diogenes*, quae 8, 51. habet de maioribus Empedoclis. §. 56. de Xenophane Empedoclis magistro. §. 69. de victimis ob sanatam Pantheam mactatis. Credi Hermippo, quamuis et ipse fuerit de plagio suspectus, plera-

30) ap. *Diog. Laert.* 8, 72.
31) de N. D. 1, 13.
32) in vita Camilli c. 22.
33) v. *Diog.* 1, 33. 2, 13. 5, 2.

Digitized by Google

que possunt. Saltem *Iosephus* [34]) eum vocat ἄνδρα περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελῆ. Cf. *Ions.* l. l. 2, 9, 3. et *Voss.* de historicis Graecis 1, 16.

13) *Hieronymus*, e quo 8, 57. filia Empedoclis perhibetur quaedam patris poemata combussisse [35]), et e quo §. 58. exponitur de tragoediis Empedoclis, videtur esse *Hieronymus* ille *Rhodius*, qui vixit aetate Ptolemaei Philadelphi, vel paulo ante, et plures libros scripsit περὶ ποιητῶν [36]), etiam ἱστορικὰ ὑπομνήματα [37]). Num semper ille auctores idoneos secutus, atque adeo fide dignus sit, ignoramus.

14) *Hippobotus* satis saepe memoratur a *Diogene*, qui 1, 19. et 2, 88. mentionem facit eius libri περὶ αἱρέσεων, et 1, 42. τῆς τῶν φιλοσόφων ἀναγραφῆς, quae *Ionsio* l. l. p. 257. ed. *Dorn.* non male videtur fuisse pars operis περὶ αἱρέσεων. Ex hoc igitur verisi-

34) contra Apion. 1, 22.

35) Omnia tamen illa verba ap. *Diog.* 8, 57. ἦ θυγάτηρ — Περσικά, desunt in Codice Vindob. LIX.

36) v. *Athenae.* 14, p. 638. B.

37) v. *Athenae.* 13, p. 557. E. Cf. *Diog. Laert.* 1, 26. et 2, 14.

Digitized by Google

Stephano legendum, sed *Ἡρακλείδης*. E libro *περὶ νόσων* narrantur etiam quaedam §. 51. Verum fide vix dignus est iste Heraclides. *Timaeus* enim [30]) dicit: *ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων.* Et *Cicero* [31]): „Heraclides Ponticus puerilibus fabulis refersit libros.“ quod tamen iudicium pertinet maxime ad sententias philosophicas. *Plutarchus* [32]) vocat eundem Heraclidem *μυθώδη καὶ πλασματίαν.* Cf. *Ionsius* l. l. 1, 17, 1. qui etiam §. 2. ducibus auctoribus antiquis plagii eum accusat.

12) *Hermippus Smyrnaeus* vixit circa Ptolemaei Euergetae tempora, celeberrimus opere illo, quod inscriptum erat *βίοι* [33]). Ex hoc opere, quamuis non nominato, haud dubie tradit *Diogenes*, quae 8, 51. habet de maioribus Empedoclis. §. 56. de Xenophane Empedoclis magistro. §. 69. de victimis ob sanatam Pantheam mactatis. Credi Hermippo, quamuis et ipse fuerit de plagio suspectus, plera-

30) ap. *Diog. Laert.* 8, 72.
31) de N. D. 1, 13.
32) in vita Camilli c. 22.
33) v. *Diog.* 1, 33. 2, 13. 5, 2.

Digitized by Google

que possunt. Saltem *Iosephus* [34]) eum vocat ἄνδρα περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελῆ. Cf. *Ions.* l. l. 2, 9, 3. et *Voss.* de historicis Graecis 1, 16.

13) *Hieronymus*, e quo 8, 57. filia Empedoclis perhibetur quaedam patris poemata combussisse [35]), et e quo §. 58. exponitur de tragoediis Empedoclis, videtur esse *Hieronymus* ille *Rhodius*, qui vixit aetate Ptolemaei Philadelphi, vel paulo ante, et plures libros scripsit περὶ ποιητῶν [36]), etiam ἱστορικὰ ὑπομνήματα [37]). Num semper ille auctores idoneos secutus, atque adeo fide dignus sit, ignoramus.

14) *Hippobotus* satis saepe memoratur a *Diogene*, qui 1, 19. et 2, 88. mentionem facit eius libri περὶ αἱρέσεων, et 1, 42. τῆς τῶν φιλοσόφων ἀναγραφῆς, quae *Ionsio* l. l. p. 257. ed. *Dorn.* non male videtur fuisse pars operis περὶ αἱρέσεων. Ex hoc igitur verisi-

34) contra Apion. 1, 22.

35) Omnia tamen illa verba ap. *Diog.* 8, 57. ἦ θυγάτηρ — Περσικά, desunt in Codice Vindob. LIX.

36) v. *Athenae.* 14, p. 638. B.

37) v. *Athenae.* 13, p. 557. E. Cf. *Diog. Laert.* 1, 26. et 2, 14.

Digitized by Google

militer desumta sunt, quae §. 69. narrantur de Empedoclis genere, §. 69. de saltu in Aetnam, et §. 72. de statua ei posita. An Hippobotus fide sit dignus, ego quidem definire non ausim. Certe de aetate eius non constat.

15) *Neanthes Cyzicenus*, circa Ptolemaei Euergetae tempora clarus [38]), scripserat περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν [39]). Cuius operis vtrum pars fuerit, an peculiare opus putandum sit illud περὶ Πυθαγορικῶν, e quo *Diogenes* 8, 72. de Empedoclis studio Agrigentinis aequalitatem ciuilem commendandi quaedam narrat, non ego definiuerim. Ex eodem *Neanthe* refertur §. 55. de Empedoclis λογοκλοπεία, et §. 58. de eiusdem tragoediis [40]), atque ab *Hesychio Milesio* [41]) de eius morte. De *Neanthis* fide raro videtur posse dubitari. Plura de eo dedit *Menagius* [42]).

16) *Phauorinus*, gente Gallus, quem ideo *Fauorinum* scribi alii volunt, vixit Traiani et

38) v. *Athenae.* 15, p. 699. D.

39) v. *Steph. Byz.* in v. Κραστός.

40) Codex Vindob. rursus totam ῥῆσιν istam omisit: Νεάνθης δὲ — ἐντετυχηκέναι.

41) de iis, qui eruditionis fama claruere p. 33. ed. Colon. Allobrog. 1615. 8.

42) ad *Diog. Laert.* 8, 72.

Digitized by Google

Adriani temporibus, teste *Suida*, a quo vocatur ἀνὴρ πολυμαθὴς κατὰ πᾶσαν παιδείαν, et ad *Plutarchi* exemplum permulta scripsisse dicitur [43]). *Diogenes* 8, 53. laudat eum ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ad narrationem de bove ex melle et farina sacrificato ab Empedocle, sed §. 63. vbi de opere Καθαρμῶν, et §. 73. vbi de diuitiis Empedoclis agitur, ἐν ἀπομνημονεύμασι, quod opus non videtur ab illo priore differre. Continuit quinque saltem libros [44]), et saepissime citatur a *Diogene*. Ego quidem hunc *Phauorinum* putabam auctorem historiae philosophorum non contemnendum fuisse.

17) *Satyrus*, philosophus Peripateticus, Aristarchi grammatici familiaris, ab *Hieronymo* [45]) appellatur doctus vir. Scripserat aliquot libros περὶ βίων, e quibus *Heraclides Lembus* epitomen fecit, vt supra significauimus. Laudatur hoc *Satyri* opus a *Diogene* 8, 53. de Exaeneto, Empedoclis aui patre et filio, et §. 58. de Empedoclis philosophi facultate medica et oratoria. Ex eodem petita apparet,

43) Cf. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 173 — 175. ed. *Harles.*

44) v. *Diog.* 3, 62. et 9, 23.

45) in praefatione libro de scriptorib. eccles. praefixa.

Digitized by Google

militer desumta sunt, quae §. 51. narrantur de Empedoclis genere, §. 69. de saltu in Aetnam, et §. 70. de statua ei posita. An Hippobotus fide sit dignus, ego quidem definire non ausim. Certe de aetate eius non constat.

15) *Neanthes Cyzicenus*, circa Ptolemaei Euergetae tempora clarus [38]), scripserat περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν [39]). Cuius operis vtrum pars fuerit, an peculiare opus putandum sit illud περὶ Πυθαγορικῶν, e quo *Diogenes* 8, 72. de Empedoclis studio Agrigentinis aequalitatem ciuilem commendandi quaedam narrat, non ego definiuerim. Ex eodem *Neanthe* refertur §. 55. de Empedoclis λογοκλοπεία, et §. 58. de eiusdem tragoediis [40]), atque ab *Hesychio Milesio* [41]) de eius morte. De *Neanthis* fide raro videtur posse dubitari. Plura de eo dedit *Menagius* [42]).

16) *Phauorinus*, gente Gallus, quem ideo *Fauorinum* scribi alii volunt, vixit Traiani et

38) v. *Athenae.* 15, p. 699. D.

39) v. *Steph. Byz.* in v. Κραστός.

40) Codex Vindob. rursus totam ῥῆσιν istam omisit: Νεάνθης δὲ — ἐντετυχηκέναι.

41) de iis, qui eruditionis fama claruere p. 33. ed. Colon. Allobrog. 1615. 8.

42) ad *Diog. Laert.* 8, 72.

Digitized by Google

Adriani temporibus, teste *Suida*, a quo vocatur ἀνὴρ πολυμαθὴς κατὰ πᾶσαν παιδείαν, et ad *Plutarchi* exemplum permulta scripsisse dicitur [43]). *Diogenes* 8, 53. laudat eum ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ad narrationem de bove ex melle et farina sacrificato ab Empedocle, sed §. 63. vbi de opere Καθαρμῶν, et §. 73. vbi de diuitiis Empedoclis agitur, ἐν ἀπομνημονεύμασι, quod opus non videtur ab illo priore differre. Continuit quinque saltem libros [44]), et saepissime citatur a *Diogene*. Ego quidem hunc *Phauorinum* putabam auctorem historiae philosophorum non contemnendum fuisse.

17) *Satyrus*, philosophus Peripateticus, Aristarchi grammatici familiaris, ab *Hieronymo* [45]) appellatur doctus vir. Scripserat aliquot libros περὶ βίων, e quibus *Heraclides Lembus* epitomen fecit, vt supra significauimus. Laudatur hoc *Satyri* opus a *Diogene* 8, 53. de Exaeneto, Empedoclis aui patre et filio, et §. 58. de Empedoclis philosophi facultate medica et oratoria. Ex eodem petita apparet,

43) Cf. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 173 — 175. ed. *Harles.*

44) v. *Diog.* 3, 62. et 9, 23.

45) in praefatione libro de scriptorib. eccles. praefixa.

Digitized by Google

militer desumta sunt, quae §. 51. narrantur de Empedoclis genere, §. 69. de saltu in Aetnam, et §. 72. de statua ei posita. An Hippobotus fide sit dignus, ego quidem definire non ausim. Certe de aetate eius non constat.

15) *Neanthes Cyzicenus*, circa Ptolemaei Euergetae tempora clarus [38]), scripserat περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν [39]). Cuius operis vtrum pars fuerit, an peculiare opus putandum sit illud περὶ Πυθαγορικῶν, e quo *Diogenes* 8, 72. de Empedoclis studio Agrigentinis aequalitatem ciuilem commendandi quaedam narrat, non ego definiuerim. Ex eodem *Neanthe* refertur §. 55. de Empedoclis λογοκλοπεία, et §. 58. de eiusdem tragoediis [40]), atque ab *Hesychio Milesio* [41]) de eius morte. De *Neanthis* fide raro videtur posse dubitari. Plura de eo dedit *Menagius* [42]).

16) *Phauorinus*, gente Gallus, quem ideo *Fauorinum* scribi alii volunt, vixit Traiani et

38) v. *Athenae.* 15, p. 699. D.

39) v. *Steph. Byz.* in v. Κραστός.

40) Codex Vindob. rursus totam ῥῆσιν istam omisit: Νεάνθης δὲ — ἐντετυχηκέναι.

41) de iis, qui eruditionis fama claruere p. 33. ed. Colon. Allobrog. 1615. 8.

42) ad *Diog. Laert.* 8, 72.

Digitized by Google

Adriani temporibus, teste *Suida*, a quo vocatur ἀνὴρ πολυμαθὴς κατὰ πᾶσαν παιδείαν, et ad *Plutarchi* exemplum permulta scripsisse dicitur [43]). *Diogenes* 8, 53. laudat eum ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ad narrationem de boue ex melle et farina sacrificato ab Empedocle, sed §. 63. vbi de opere Καθαρμῶν, et §. 75. vbi de diuitiis Empedoclis agitur, ἐν ἀπομνημονεύμασι, quod opus non videtur ab illo priore differre. Continuit quinque saltem libros [44]), et saepissime citatur a *Diogene*. Ego quidem hunc *Phauorinum* putabam auctorem historiae philosophorum non contemnendum fuisse.

17) *Satyrus*, philosophus Peripateticus, Aristarchi grammatici familiaris, ab *Hieronymo* [45]) appellatur doctus vir. Scripserat aliquot libros περὶ βίων, e quibus *Heraclides Lembus* epitomen fecit, vt supra significauimus. Laudatur hoc *Satyri* opus a *Diogene* 8, 55. de Exaeneto, Empedoclis aui patre et filio, et §. 58. de Empedoclis philosophi facultate medica et oratoria. Ex eodem petita apparet,

43) Cf. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 173 — 175. ed. *Harles.*

44) v. *Diog.* 3, 62. et 9, 23.

45) in praefatione libro de scriptorib. eccles. praefixa.

Digitized by Google

quae §. 59. *Gorgias* narrasse legitur de Empedocle *γοητεύοντι*, et quae §. 60. de Pausania Empedoclis amasio traduntur.

18) *Telauges*, Pythagorae filius, esset haud dubie fide dignissimus, si epistola ad Philolaum, quae ei tribuitur, et e qua apud *Diogenem* 8, 53. Archinomus vocatur pater Empedoclis, §. 55. Hippasus et Brontinus eiusdem praeceptores, et §. 74. philosophus noster dicitur ob senectutem vacillans in mare delapsus esse, si haec, inquam, epistola non suppositicia esset censenda. Certe *Neanthes* apud *Diog.* 8, 55. dixit, eam *μὴ εἶναι ἀξιόπιστον*, et §. 43. omnino negatur *Telauges* aliquem librum scripsisse. Cf. quae dicta a me sunt §. 1. not. 23. p. 4.

19) *Theophrastus Eresius*, nobilis discipulus Aristotelis, scripserat librum peculiarem *περὶ Ἐμπεδοκλέους*. *) Ex eo haud dubie fluxit relatio illa apud *Diogenem* 8, 55. Empedoclem Parmenide vsum esse magistro. Cum vero perquam sit verisimile, *Theophrastum* veri, non fabularum futilium, studiosissimum

*) Fortassis tamen ille putari possit pars operis *περὶ βίων*, quod tres libros complexum fuit teste *Diogene Laert.* 5, 42.

Digitized by Google

fuisse, mirari licet, cur *Diogenes* non nisi semel ex hoc fonte hauserit. Scilicet videtur non ipse eius librum ante oculos habuisse.

20) *Timaeus Tauromenites* Siculus vixit circa Olymp. CXVI. et scripsit ἱστοριῶν libros minimum duodeuiginti. *Suida* teste frequenter quidem alios (np. scriptores) reprehendebat, Ἐπιτίμαιος inde dictus, sed etiam πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας. [46]) Recte igitur saepe ad eum recurrit *Diogenes*, qui idem 8, 66. diserte dicit, eum saepe mentionem fecisse Empedoclis. Affert ibi e libro 1. et 2. nonnulla de Empedoclis iactantia et philautia, secessuque in Peloponnesum. §. 71. et 72. ex libro 4. de mortis genere, et de Heraclidis (Pontici) studio nouitatis inepto. §. 54. e lib. 9. de λογοκλοπείᾳ. §. 51. e lib. 15. (vbi diserte scriptum extat ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν) de genere Empedoclis. §. 60. e lib. 18. de eius artificio ventos compescendi. Denique §. 64. non addito libri numero, de eiusdem popularitate.

21) *Timon Phliasius*, sillographus, atque adeo scriptor maledicus, caeterum homo vino-

46) v. *Voss.* de historicis Graecis 1, 12. extr.

Digitized by Google

lentus [47 a]), circa Olymp. CXXVII. vixit, et a *Diogene* 8, 67. citatur tantum illustrationis et ostentandae lectionis causa.

22) *Xanthus*, musicus et poeta Atheniensis, Theophrasti aequalis [47 b]), scripsisse a *Diogene* 8, 63. dicitur *περὶ Ἐμπεδοκλέους*, et ex eo refertur de Empedoclis studio simplicitatis. Male a *Vossio* [48]) intelligi Xanthum Lydum, ex temporum ratione iam *Ionsius* [49]) demonstrauit. De fide *Xanthi* vt quaeramus, vix opus est. Consentit enim ibi cum *Aristotele* ac *Timaeo*.

Nemo facile in hoc catalogo scriptorum a *Diogene Laertio* in vita Empedoclis commemoratorum desiderabit *Potamillam*, quamuis etiam in Meibomiana *Laertii* editione repertam. Scilicet 8, 63. post versus illos Empedoclis, vbi Agrigentum vocat *μέγα ἄστυ*, leguntur haec: *μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα* etc. *Menagius* ad h. l. „ignoratissima mihi omnium feminarum haec femina." Recte. Nam in edit. Steph. et Fro-

47 *a*) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 4, 61.
47 *b*) v. *Diog. Laert.* 4, 29.
48) l. l. 4, 5.
49) l. l. 1, 19, 2.

Digitized by Google

ben. etiam in ea, quae cum notis *Is. Casauboni* Coloniae Allobrog. 1615. 8. prodiit, deest hoc nomen, neque ferri vllo modo potest, etiamsi legatur in Codicibus Paris. olim regiis. Immo eiecta *Ποταμίλλα* omnia bene cohaerent, si verbum *φησι* referas ad *Heraclidem Ponticum*, cuius mentio §. 61. fuerat, et e quo §. 62. allati erant versus Empedoclei, vel si cum *Ioachimo Kühnio* nomini *Ποταμίλλα* substituas, verba ὁ *Τίμαιος*, quem supra vidimus *Heraclidi* saepe contradixisse: quae tamen ratio minus placet, cum origo Potamillae multo rectius ac simplicius indicari posse videatur. Nimirum quoniam ὁ *Ἀκράγας* alias fluuium, hoc autem loco vrbem significat, potuit aliquis margini alleuisse *Ποταμ. ἀλλ.* h. e. *Ποταμὸν ἄλλοι* vel *Ποταμὸς ἄλλως* [50]), quod scholion deinde fuit a librariis ipsi *Diogenis* orationi illatum. Cum vero aliis videretur verbum *φησι* non habere quo referretur, apparet, quomodo fingi potuerit nomen *Ποταμίλλα* tanquam auctoris. [51])

50) Sane Codex Palatinus discrte habet *ποταμὸν ἄλλοι*, et Codex Vindob. LIX. *ποταμόν· ἀλλ'*.

51) Cf. *Ignat. Rossii* commentationes Laertianae (Rom. 1788. 8.) p. 168. sq. et *Allgem. Literatur-Zeitung* 1792. nr. 34.

Digitized by Google

Alia neque ea minor difficultas est in iudicio de versibus Empedocli tributis ferendo, atque in constituendo, vtrum genuini putandi sint, an supposititii. Manifesta quaedam huius generis exempla in ipso meo libro attuli. Reliqua lector doctus et attentus inueniet ipse. Possit enim de plurium versuum origine genuina dubitari, cum constet, inde a Ptolemaeorum temporibus plurima recentiorum scripta ornata fuisse veterum auctorum nominibus, quo facilius plurisque venderentur: id quod diserte *Galenus* [52]) testatur. Quidni idem fieri potuerit de Empedoclis versibus?

Non minus me torsit solicitumque habuit illud, quod multa mihi repetenda viderem, quae iam alii, et interdum quidem satis bene, docuerant. Effecit enim nominis Empedoclei celebritas, vt plurimi hoc argumentum tractarent. Cum vero consilium mihi esset, et vero etiam, nisi me omnia fallunt, deberet esse, omnia quam posset plenissime tradendi; cumque intellexissem, ab aliis recentioribus historiae philosophicae scriptoribus alia omissa, ab aliis veterum traditiones ex suo ingenii mo-

52) commentar. ad *Hippocrat.* de natura hominis lib. 1. p. 17. et lib. 2. p. 18. T. V. opp. ed. Basil.

Digitized by Google

dulo relatas, a nemine autem cuncta, quae ad rem pertinerent, narrata fuisse [53]): debui omnium, quae collecta haberem, summam afferre, et vnum quasi corpus componere. Possum saltem, si cui hoc satisfacit, vere affirmare, me non prius quam omnes veterum locos collegissem atque excussissem, ad recentiorum accessisse lectionem, ac tum demum ex his notatu digna attulisse, hoc vno modo ratum fieri posse, vt minus in errores inducerer virorum doctissimorum auctoritate. Omnino enim raro fidem tuto haberi posse recentioribus, etiam doctissimis ac celeberrimis, heu! nimis saepe intellexi. Exempli loco vel paucula afferam. *Michael Neander* igitur, quem omnes consentiunt fuisse virum vtriusque linguae longe peritissimum et in legendis scriptoribus antiquis versatissimum, primo in Gnomologia [54]) Empedocli apud *Cle-*

53) Nemo enim harum rerum peritus mirari satis poterit, quomodo *Füllebornius* in *Beyträge zur Gesch. der Philosophie* Fascic. III. (Züllichau. et Eleutherop. 1793. 8) p. 3. scribere potuerit haec: „Das Bruckersche Werk allein ist „so reich an Materialien, dafs man nicht selten, wie „Brucker selbst, über das Ordnen derselben in Verlegen„heit geräth." Atqui quam manca sint, quae *Bruckerus* collegit, sciunt omnes, qui historiam philosophiae paulo tractarunt diligentius.

54) Basil. 1557. 8. p. 298.

Digitized by Google

meliorem Alexandrinum [55]) tribui ait hanc sententiam: *οὐχ οὕτως τις μέγας ἔσται καὶ καθ' Ἕλληνας ὡς ὑπερέχειν τὴν δίκην, οὐδὲ σμικρὸς ὡς λαθεῖν.* Verum haec verba prorsus non ab Empedocle esse profecta, inspecto loco facile cognoscitur a quouis. Deinde idem in opere aureo, non semel, sed bis [56]), e *Marini* vita Procli haec refert tanquam de Empedocle: *καὶ γὰρ πρόχειρον ἐκεῖνο εἶχεν ἀεὶ καὶ ἔλεγεν ὁ θεοσεβέστατος ἀνὴρ, ὅτι τὸν φιλόσοφον προσήκει οὐ μιᾶς τινος πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ' ἐνίοις πατρίων εἶναι θεραπευτὴν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου κόσμου ἱεροφάντην.* Sane digna haec vox esset philosopho nostro. At si ipsum *Marini* librum consulueris [57]), inuenies totum locum non ad Empedoclem, sed ad Proclum pertinere. Idem *Neander* in eodem opere [58]) hos versus tribuit Empedocli:

ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα πραδαίνει.

55) stromm. 5, p. 607. B.

56) p. 360. et 723. ed. Lips. 1577. 4.

57) p. 17. ed. *Aemil. Porti*, qui eum *Procli* sex libris theologiae Platonicae praefixit, Hamb. 1618. fol. siue cap. 19. p. 47. ed. *Ioh. Alb. Fabricii*, Hamb. 1700. 4.

58) p. 524.

Digitized by Google

Et:

ἄνθρωποι θνητοὶ, καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἰόντες,

quorum tamen hic, vt diserte dicit *Clemens Alexandrinus* [59]), desumtus est e carminibus Sibyllinis, ille autem ab ipso *Neandro* legi dicitur apud *Steuchum Eugubinum*.[60]). Atqui hic *Parmenidem* facit illius versiculi auctorem [61]), non Empedoclem, et versum eundem ait ad Deum pertinere. Hunc ipsum versum, ἀλλ' — κραδαίνει, *Cudworthus* [62]) tribuit *Xenophani*, et *Moshemius* se eum reperire potuisse negat. — *Scaliger* [63]), vir magni nominis, versum Homericum [64]),

τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης,

pro Empedocleo nobis venditat, inductus fortassis per verba auctoris *Theologumenon arithmeticae* [65]), vtpote qui primo eundem *Homeri* versiculum laudat, et deinceps Empedo-

59) stromm. 3, p. 432. B. C.

60) Locus est de perenni philosophia p. 147. ed. Lugd. 1540. fol.

61) In *Füllebornii* tamen fragmentorum *Parmenidis* collectione frustra quaesieueris.

62) in systemate intellectuali p. 453.

63) in notis ad *Manil.* astron. 1, 206. p. 34. ed. Argent. 1655. 4.

64) Il. 8, 16.

65) Dedi ea §. 9. p. 162. sq.

Digitized by Google

clis mentionem facit. — *Melanchthon*, vir ille summus, quem recte appellant communem doctorem Germaniae, hunc versum Empedocli tribuit [66]):

φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς ἔρις πανεὸν λελακυῖα,

cum hac versione:

Vana sonans adfert saeuas discordia caedes. [67])

Et tamen eum *Timonis* Sillographi esse constat ex antiquis scriptoribus [68]), et *Timonis* carminibus recte adscripserunt *Stephanus* [69]) atque *Brunckius* [70 a]).

Possem similia recentiorum virorum doctorum peccata permulta proferre. Interim eorum praecipuos suo quemque loco aeque diligenter ac veteres, suum cuique tribuens, laudare non praetermisi. Neque verendum puto, ne cui nimius hoc in genere fuisse videar. Nam veteres, quotquot conferre licuit,

66) in Epigrammatibus, ab *Hilbrando Grathusio* editis Viteb. 1560. 8. plagula M. pag. 1.

67) In alia eorundem epigrammatum editione, tribus libris aucta, et ab *Ioh. Maiore* Witeb. 1575. 8. curata, plag. L. fol. 7. legitur etiam haec versio:

Incedit passim mala lis et inania garrit.

68) v. c. *Clemente Alexandr.* stromm. 5, p. 550. D. et *Euseb.* praep. euang. 15, 62. p. 855. C.

69) in poesi philosoph. p. 60.

70 *a*) analect. veterum poetar. Graecor. Vol. II. p. 67.

Digitized by Google

accurate commemorare duxi omnino meum esse. Quare etiam vbi permulti de eadem re idem plane nec noui quid tradidisse reperirentur, tamen omnes laudandos existimaui, vt statim viri docti scirent, quid a quolibet exspectandum esset, et quid cuique deberent. Quam ipsam ob causam, et quia ponere poteram, non omnibus, immo paucissimis, ad manus esse omnes eorum libros, quippe rarissimos inuentu, fere semper ipsa verba exscribenda putaui. Recentiorum autem rarius facta est mentio, quoniam alii non admodum habere videbantur, quod esset operae pretium, aliis ipse vti non potui.

Noua mihi difficultas obiecta fuit, cum aggressus essem versus Empedocleos passim a veteribus allatos componere et ordinare. Rarissime enim addidisse illi reperiuntur librum, e quo desumti sunt. Et tamen ita eos digerendos putabam, vt saltem aliquis appareret nexus. Cui meo consilio, in quo praeeuntem habui *Iosephum Scaligerum* [70 b]), cum viderem nulla ratione satisfieri omnino posse, tandem variis modis tentatis eo deueni, vt versus illos, qui de vniuerso ac de elementis

70 *b*) Coniectan. in *Varron.* p. 113. ed. *H. Steph.* 1573. 8.

Digitized by Google

et amicitia discordiaque agerent, e libro Physicorum primo petitos censerem; qui de animalibus, inprimisque de hominibus, e secundo; qui de animis humanis, de diis eorumque cultu, e tertio. Saltem *Heracliti* opus *περὶ φύσεως διῄρηται εἰς τρεῖς λόγους, εἴς τε τὸν περὶ τοῦ παντὸς, καὶ πολιτικὸν, καὶ θεολογικὸν*, auctore *Diogene Laertio* 9, 5. Quae argumenti dispositio atque descriptio non admodum diuersa est ab ea, quam modo in carmine Empedocleo proposui. Videtur autem argumentum librorum antiquorum omnium, vel plerorumque, qui *περὶ φύσεως* essent inscripti, pene idem fuisse [71]), et Empedocles cum Heraclito de multis placitis consensisse reperitur, cuius generis exempla non omnia, sed nec pauca, passim in syntagmate meo per occasionem allata sunt. Praeterea non repugnant loci, qui a veteribus ex Empedocle laudantur numero libri addito. Cur vero tertii libri appendicem fecerim *Καθαρμοὺς*, intelligere quilibet facile ex iis poterit, quae §. 6. p. 80. sqq. de argumento istius operis verisimiliter statui posse ostendi. Quam

71) Cf. quae §. 6. dixi, p. 71. sq.

Digitized by Google

meam sententiam cum non parum adiuuare viderentur verba *Hieroclis* [72]), huc ea transtulisse non piguit. *Τοῦτο*, inquit ille, *φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καρπὸς, τοῦτο τῆς ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλὰ, ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδε* [73]) *πόνων, ὡς ἔκ τινος καταγείου σπηλαίου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγὰς, καὶ ταῖς μακάρων ἐνιδρῦσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν προειρημένων ὁδεύσαντας. τούτοις γὰρ καὶ τῆς ἀποθεώσεως ἀπόκειται γέρας· ἐπεὶ εἰς γένος θεῶν οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κτησαμένῳ ἀλήθειαν μὲν καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, ΚΑΘΑΡΟΤΗΤΑ δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. οὕτω γὰρ ὑγιής τις καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκαθίσταται, διὰ τῆς πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑνώσεως ἀπολαβὼν ἑαυτὸν, καὶ πάν-*

72) ad carmina aurea p. 226. sqq. ed. *Needham.*

73) *Τῇδε* significat *hic, in hoc mundo.* vt in versu Empedocleo 7. *τῇ*, quod pro *τὴν* reposui, explicandum est. Cf. §. 15. n. 63. p. 451. et *Needham.* p. 421. 436.

Digitized by Google

τα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγνωρίσας, καὶ τὸ δημιουργὸν τουδὶ τοῦ παντὸς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐξευρών. τοῦτο δὲ γενόμενος (ὀψὲ) μετὰ τὴν ΚΑΘΑΡΣΙΝ, ἣ ἀεί εἰσιν οἱ μὴ εἰς γένεσιν [74 a]) πίπτειν πεφυκότες, ταῖς μὲν γνώσεσιν ἑνοῦται τῷ παντὶ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν θεόν· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, τόπου δεῖται εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητῶν. πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ σώματι τόπος ὁ ὑπὸ σελήνην προσεχῶς, ὡς ὑπερέχων τῶν μὲν φθαρτῶν σωμάτων, ὑποβεβηκὼς δὲ τῶν οὐρανίων, ὃν ΑΙΘΕΡΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν· ΑΙΘΕΡΑ μὲν, ὡς ἄϋλον καὶ ἀΐδιον σῶμα· ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ δὲ, ὡς ὑλικῶν παθημάτων καθαρόν. τί οὖν ὁ ἐκεῖσε ἐλθὼν ἔσται, ἢ τοῦτο, ὅ φησιν, ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ὡμοιωμένος τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν λεχθεῖσιν ἀθανάτοις θεοῖς, οὐ φύσει ἀθάνατος θεός. πῶς γὰρ τὸ ἀπὸ χρόνου τινὸς προκόψαν καὶ ἐπιδεδωκὸς εἰς ἀρετὴν καὶ ἀποθέωσιν τοῖς

74 a) h. e. *in hunc mundum.* vt ap. *Plutarch.* de sera numinis vind. c. 6.

Digitized by Google

ἐξ ἀϊδίου τοιούτοις εἰς ταὐτὸν ἄν ποτε κατασταίη; δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ προσθήκη· τῷ ΕΣΣΕΑΙ γὰρ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ ἐπήγαγεν, ΑΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥΚ ΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ, ἵνα κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ θνητοῦ ἡ θεοποιΐα ἡμῶν νοῆται, ἅτε μὴ φύσει, μηδὲ κατ' οὐσίαν ἡμῖν ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ἐκ προκοπῆς καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπιγενομένη. ὡς ἄλλο γένος εἶναι τοῦτο θεῶν, ἀθανάτων μὲν τῇ ἀνόδῳ, θνητῶν δὲ τῇ καθόδῳ γιγνομένων, οἳ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡρώων ἐξ ἀνάγκης ὑποβεβήκασιν, εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀεὶ νοοῦσι τὸν θεὸν, οὗτοι δὲ καὶ εἰς ἄγνοιαν αὐτοῦ ποτε πίπτουσιν. οὐ γὰρ δὴ τὸ τρίτον γένος τελειωθὲν ἢ τοῦ μέσου γένοιτο ἂν κρεῖττον, ἢ τῷ πρώτῳ ἴσον, ἀλλὰ καὶ μένον τρίτον ὁμοιοῦται τῷ πρώτῳ γένει, ὑποτεταγμένον τῷ μέσῳ. ἡ γὰρ κατὰ σχέσιν ἐν ἀνθρώποις ὁρωμένη πρὸς τοὺς οὐρανίους ὁμοιότης ἤδη προϋπάρχει τελεώτερον καὶ προσφυέστερον τοῖς ἡρωϊκοῖς καὶ μέσοις γένεσι. καὶ οὕπω κοινὴ καὶ μία πάντων τῶν λογικῶν γενῶν τελειότης θεωρεῖται ἡ πρὸς

Digitized by Google

τὸν δημιουργὸν θεὸν ὁμοιότης. αὕτη δὲ ἀεὶ μὲν καὶ ὡσαύτως ὑπάρχει τοῖς οὐρανίοις· ἀεὶ δὲ μόνον, καὶ οὐχ ὡσαύτως δὲ, τοῖς μονίμοις αἰθερίοις· οὔτε δὲ ἀεὶ, οὔτε ὡσαύτως τοῖς μεταπίπτουσιν αἰθερίοις, καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι πεφυκόσι. τὴν δὲ πρώτην καὶ ἀρίστην ὁμοίωσιν πρὸς θεὸν εἴ τις δευτέρας καὶ τρίτης ἀπεικασίας παράδειγμα ποιοῖτο, ἢ τὴν δευτέραν τῆς τρίτης, λέγοι ἂν ὀρθῶς. οὐ γὰρ μόνον σκοπὸς ὁμοιωθῆναι τῷ δημιουργῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ πρὸς κανόνα, τὴν ἀρίστην, ἢ τὴν μέσην ὁμοίωσιν. εἰ δὲ ἀπολειπόμενοι τούτων τυγχάνοιμεν, οἵας δυνάμεθα τυχεῖν, αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ φύσιν ἔχομεν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἀρετῆς ἐν τούτῳ καρπούμεθα, ἐν τῷ τὸ μέτρον τῆς οὐσίας ἡμῶν μήτε ἀγνοεῖν, μήτε δυσχεραίνειν. ἀκροτάτη δὲ ἀρετὴ, τοῖς τε τῆς δημιουργίας ὅροις ἐμμένειν, οἷς πάντα κατ' εἶδος διακέκριται, καὶ τοῖς τῆς προνοίας ἕπεσθαι νόμοις, δι' οὓς τὰ πάντα, κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, πρὸς τὸ σύμμετρον ἀγαθὸν οἰκειοῦται.

Digitized by Google

Denique quod ad ipsum rei tractandae modum attinet, spectaui semper et vbique illud, vt nihil Empedocli tribuerem, nisi quod veteres ei tribuisse reperirentur. Quod meum consilium etsi iam supra tetigeram, tamen hic iterum memorandum duxi, quippe fieri non posse ratus, quin, nisi quam diligentissime suum cuique tribueretur, summa in historia philosophiae exoriretur confusio, qua non raro factum esse scimus, vt vir mediocris ingenii nimis extolleretur, et contra. Malui etiam simpliciter narrare, quae Empedocles philosophatus esse diceretur ab antiquis scriptoribus, quam ipse philosophari, aut narrationem meam immixtis philosophorum recentiorum commentis barbarisque vocabulis sine vlla necessitate 74 b) obscurare. Putaui enim, lectoribus relinquenda esse iudicia de iis quae collegissem, non praecipienda 75), neque Empe-

74 b) Quem enim fructum haberet, si v. c. §. 12. dixissem, Empedoclem videri recte sensisse de vi centripeta? Et sic de reliquis.

75) Certe paucis putabam probari posse, quae *Füllebornius* verbis supra not. 53. a me relatis statim subiecit: „Unserm Zeitalter ist mit solchen Sammlungen" (nempe qualis est *Bruckeri* historia critica philosophiae) „nicht gedient: wir verlangen kein Inuentarium von Stellen, son-

Digitized by Google

docli obtrudere ausus sum, quae forte nunquam cogitasset ipse. Qualiscunque igitur in his culpa fuerit, veterum erit, non mea. Similiter, si qua Empedoclis placita minus digna viderentur philosopho tantopere omnibus aetatibus celebrato, diligenter mihi cauendum esse intellexi, ne absurda illa, quae forte apparerent, explicando minuerem aut tollerem, neque allegorica interpretatione veram philosophi nostri sententiam corrumperem. Etiamsi enim in dogmate de metempsychosi talem interpretationem tentauerim, non tamen ea nimis audax videbitur illi, qui vim argumentorum, quae me ita statuere pene coegerunt, recte perpenderit.

Haec Te volui, Lector. Vnum hoc addo, vt beneuolo animo accipias, quae Tibi tradere conatus sum. Scripsi Gerae, mense Decembri A. C. CIↃIↃCCCII.

„dern Raisonnement über den Sinn des Ganzen, keine Auf„zählung einzelner Meinungen, sondern allgemeine Resul„tate.“ Nam nondum sat multa collecta sunt.

Digitized by Google

Restat vt epistolam a *Villoisono*, cuius immaturo interitu (d. 26. April. 1805.) literis Graecis et Latinis vulnus inflictum dolemus, ad me datam, huic meae praefationi adiiciendam curem. Continet illa non solum *Coraei*, viri egregie docti, vitam et laudes, sed etiam multa insignia praeclarae illius, qua auctor elegantissimus valebat, doctrinae specimina, quibus humanissimi quique delectentur necesse est. Quia tamen eidem epistolae insunt nonnulla, quae, si recte iudico, nimis in me amice dicta videri possint: dubitassem, eam cum lectoribus communicare, nisi plus semel id postulasset auctor eruditissimus. Absit igitur inuidia.

Digitized by Google

FRIDERICO GVLIELMO STVRZ

S. P. D.

IOHANNES BAPTISTA CASPAR D'ANSSE DE VILLOISON.

Mitto tibi, vir praestantissime, Pseudo-Empedoclis [76]) cum regiis codicibus collati varias lectiones, quas in tuum vsum diligentissime excerpsit Diamantes Coray, Smyrnensis, in Monspeliensi Vniuersitate Medicinae Doctor, eiusdem vrbis Academiae Sodalis, et mox inter sagacissimos Criticos atque ingenii et doctrinae principes recensendus. Is ex insula Chio oriundus, et Smyrnae, vbi illi affines, omnes, vt etiam nunc Graeci vocant, ἄρχοντας et πρωτογέροντας noui, nobili genere natus, ab ineunte adolescentia patriam reliquit, et in Batauiam, tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus, aliquamdiu Amstelodami

76) Intelligit *Villoisonus* Sphaeram Empedocli male adscriptam.

Digitized by Google

sedem fixit, ibique non tam Mercurio quam Musis operam dedit. Deinde a socio quicum negotiabatur, delusus, et fortunam aduersam expertus, Monspelium petiuit, et animum appulit ad medicinam, cuius Doctor summo applausu declaratus fuit, cum prius egregium suae peritiae specimen edidisset, scilicet *Pyretologiae synopsim*, Monspelii 1786. 4. Deinde ibidem Cl. Christiani Gottliebi Selle *Medicinam clinicam* e Germanica lingua in Gallicam conuertit, et duobus voluminibus in 12 anno 1787 publici iuris fecit. Denique in vrbem Lutetiam sese contulit, et Cl. Bernardo, acutissimo Critico et Medicinae Doctori, Nonni, Medici Graeci, varias lectiones e regiis codicibus exscriptas misit. Nunc vero totus est in conferendis Septuagintauiralis Versionis Graecae codicibus Parisiensibus, in gratiam doctissimi Holmesii, Professoris Oxoniensis, et in emendando Hippocrate, cuius infinita loca deprauata et conclamata a capite ad calcem ita feliciter emaculauit, vt sibi quiuis speraret idem, sudaret multum, frustraque laboraret. Illius emendationibus, quas suas esse voluissent Hemsterhusius et Toupius, nihil simplicius, nihil verius. Harumce con-

Digitized by Google

iecturarum maximam partem vidi, et admiratus sum, et cum doctissimis Gallis et Britannis, linguam Graecam et medicinam callentibus, communicaui, qui omnes singulare Coray acumen, ἀγχίνοιαν et εὐστοχίαν summis laudibus extollunt, et vnicum illum Hippocratis sospitatorem vna voce praedicant. Ante annum, vt spero [77]), typis tradetur prima pars eius *Curarum*, in quibus non solum Hippocratem, sed et Herodotum, Sophoclem, Athenaeum, Hesychium aliosque auctores Graecos passim sanauit et illustrauit. Haec te de nostro Coray, nouo inter Criticos exorto sidere, scire volui, vt plane perspectum habeas, cui viro tui Pseudo-Empedoclis collationem commiserim, quamque diligenter mandata tua curauerim. Nihil enim mihi magis cordi est, quam vt tibi declarem, quanti te faciam, quan-

77) Non spes fefellit. Nam *Corayii* emendationes in Hippocratem leguntur in *Musei Oxoniensis literarii Conspectu*, qui cura *Burgessii* prodiit Oxon. 1792. 8. Eiusdem *Coraei* emendationes in Thucydidem extant in *Hist. de Thucydide, traduite du Grec par Pierre-Charles Levesque*, Paris. 1795. 8. 4. voll. Prodiit etiam *Traité d'Hippocrate des airs, des eaux et des lieux. Traduction nouvelle avec le texte collationné sur deux Manuscrits, des notes critiques, historiques et medicales* etc. *par Coray*, ibid. 1800. 8. 2 voll.

Digitized by Google

tum tua opera suspiciam et expectem, quantopere delecter tuis de Alexandrina dialecto dissertationibus. Valde mihi arrisit ista cura et industria quam in Pherecydis fragmentis digerendis orbi literato probasti, quamque in Empedoclis reliquiis colligendis sperare iubes. Nihil vtilius, iucundius, sed nihil operosius illo instituto. Vt enim disiectorum membra auctorum inuenire possis, omnia omnium aetatum exemplaria Latina et Graeca, vel ea quae raris manibus versantur, tibi euoluenda sunt, omnes antiquitatis et medii aeui foruli sedulo excutiendi, Grammaticorum scholia et inedita lexica rimanda sunt. Continuo quaedam Empedoclis tui fragmenta fortasse in Graecis Aristotelis interpretibus, nimis hodie neglectis, et in Damascii περὶ ἀρχῶν inedito delitescunt libro, cuius excerpta dedit Io. Christophorus Wolfius [78]), et egregium decimi sae-

78) Sane *Wolfius* in praefatione ad anecdotor. Graecor. T. III. (Hamb. 1723. 8.) ex illo *Damascii* opere petita esse narrat, quae dedit p. 195 — 262. *Wolfium* vero oscitanter adeo se gessisse, vt finem commentarii *Damascii* in *Platonis* Parmenidem pro fine operis περὶ ἀρχῶν sine vlla dubitatione exhibuerit, docuit me, vt alia multa, *Morellii* doctrina ac diligentia, primo per literas ad me datas, deinde in Bibliothecae Manuscriptae Tomo I. Bassani 1802. 8. p. 138.

Digitized by Google

culi codicem elegantissime scriptum in Veneta S. Marci bibliotheca [79]) tractaui. Vt apud Ouidium Daphnen amans Apollo, sic et qui Apollinis castra sequuntur, ingenti Musarum amore perculsi, et suauissima Philologiae dulcedine allecti,

si qua latent, meliora putant.

Illa arcana non promiscue nec omnibus in vestibulo haerentibus, sed initiatis duntaxat patent, vt Senecae verba vsurpem: reducta et in interiori sacrario clausa sunt. Vel ipsius Menandri, cuius reliquiae a doctissimis viris, Clerico, Pauw, Bentleio, Iacobo Gronouio sedulo conquisitae et illustratae sunt, multa etiam nunc fragmenta posteriorum curis in occulto seruantur. Pauca e multis exempla proferam. Cosmas Indicopleustes in *Topographia Christiana* Lib. V. p. 463. et 464. *Bibliothecae veterum Patrum Andreae Gallandii* T. X. Venet. 1788. αὐλαίας καλεῖ (Moses)

79) Migrauit ille nuper cum aliis codicibus egregiis Lutetiam Parisiorum. Caeterum *Villoisonus* T. II. anecdotorum Graecorum p. 253. hunc *Damascii* librum publici iuris factum vellet, ac *Th. Burgess* magnam eius operis partem se editurum esse promisit in Conspectu Musei critici Oxoniensis paulo ante laudato p. 5. et ipse aliquando integrum edere constitueram.

Digitized by Google

τὰς κορτίνας. οὕτω δὲ καλοῦσιν αὐτὰς καὶ οἱ ἔξωθεν Ἀττικοὶ, λέγοντες αὐλαία, τὸ μέγα καὶ ποικίλον παραπέτασμα. Ὑπερίδης ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους λόγῳ· (cuius quidem orationis titulus Fabricii p. 934. T. I. *Bibliothecae Graecae*, et summi illius Ruhnkenii in aurea illa *Historia critica oratorum Graecorum* diligentiam fugit [80]). nisi forte pro κατὰ Πατροκλέους legendum sit κατὰ Πασικλέους, de qua oratione v. Fabric. ibid. p. 934.) „οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἰστιῶντο ἐν „τῇ στοᾷ, φραξάμενοι τὸ μέρος αὐτῆς αὐ„λαίᾳ.“ ὁμοίως καὶ Μένανδρος· „στυ„πτεῖον, ἐλέφαντα, μύρον, οἶνον, αὐλαίαν.“ [81]) Palladius in *Dialogo de vita S. Iohannis Chry-*

80) quod equidem miror. Nam memoratur illa oratio ab *Athenaeo*, *Harpocratione*, aliisque. v. Ill. *Harles* ad *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. II. p. 861. sq.

81) In alia epistola, d. 22. Aug. 1792. scripta, monet *Villoisonus*, hoc *Menandri* fragmentum et totum *Cosmae* locum, iam editum esse in *Montfauconi* T. II. collectionis nouae Patrum, Paris. 1706. fol. et correctum atque explicatum a *Wesselingio* in Probabilium libro singulari c. 29. p. 252.

d

Digitized by Google

sostomi p. 142. ed. Bigot. Paris. 1680. 4. δεινὸν κολακεία, κατὰ τὸν Κωμικὸν Μένανδρον, μετὰ δυστροπίας συγκεκλωσμένη, καθὼς λέγει· „χαλεπὸν, Παμφίλη, ἐλεύ„θερᾳ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχεσθαι· πλεί„ονα οἶδεν· πλείονα κακουργεῖ· αἰσχύνεται „οὐδένα· κολακεύει μᾶλλον.“ Nicetas Acominatus in *Historia* p. 251. ed. Fabrot. Paris. 1647. ὧν (*Βυζαντίων*) ἄλλοι μὲν ὡς ὑπὸ μέθης διαῤῥεόντων οὐκ ὀλίγα ξυνέθεντο σκώμματα· ὁ δὲ Μένανδρος οὑτωσί πως ἐπιλαμβάνεται· „μεθύσους τοὺς ἐμπόρους „ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἔπινον τὴν νύ„κτα.“ [82]) Quem quidem Menandri locum sic respexit Pollux Lib. VI. c. 3. sect. 25. p. 578. ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν, Μενάνδρῳ δεδόσθω. [83]) Archilochi, cuius reliquias pas-

82) In eadem epistola idem vir doctissimus docet, hunc *Menandri* locum allatum etiam esse ab *Athenaeo* 10, p. 442. et *Aeliano* Var. Hist. 3, 14. et inde a *Clerico* insertum collectioni suae fragmentorum Menandreorum p. 22.

83) Aliud *Menandri* fragmentum, quod non extat in *Clerici* collectione, a *Valesio* laudatum ad *Harpocrat.* p. 117.

Digitized by Google

sim videbis, vt apud Origenem *contra Celsum* Lib. 2, p. 79. ed. Spenceri, Cantabrig. 1658. 4. apud Theophilum *ad Autolycum* lib. 2. p. 254. ed. Christophor. Wolfii p. 12. et p. 18. Scholiorum in *Theriaca* Nicandri, ed. Guil. Morel. Paris. 1557. 4. apud Plutarchum *pro nobilitate* p. 269. T. IV. *Anecdotorum Graecor.* Wolf. etc. fragmentum nobis seruauit idem Nicetas ibid. p. 150. τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἀντικρὺς ἐπεραίνετο, ὅ φησιν, „εἰς ἕντερον πόρνης πολλά„κις μεταῤῥυῆσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ „συλλεγέντα μακρῷ.“ Sic et quemdam Bacchylidis versum videbis apud Scholia in Hermogenem περὶ ἰδεῶν p. 393. T. II. *Rhetor. Graecor.* Aldi etc. etc. Lyricorum fragmenta vtinam collecta simul et denuo recensita edantur. Tu vale, vir praestantissime, et de Grae-

ex *Stobaeo*: πράττει δ' ὁ πόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει, nuper obseruauit et ad illustrandam rem scenicam adhibuit Ill. *Carolus Aug. Boettiger* in prolusione de actoribus primarum, secundarum et tertiarum partium in fabulis Graecis, Vimar. 1797. 4. p. 10. Possentque talia plura, si iis hic locus esset, tam ad *Menandri*, quam ad aliorum poetarum Graecorum, fragmentorum collectiones facile addi.

Digitized by Google

cis literis, vt facis, bene mereri perge, meque tui studiosissimum redama. Dabam Lutetiae Parisiorum die 6. Iunii, anno reparatae salutis humanae 1791.

Digitized by Google

§. 1.

Vt recte et ordine fiat nostra de Empedocle disputatio, primo de eius vita exponendum videtur, h. e. de patria, patre, aetate, institutione, doctrina, scriptis, meritis, moribus, mortis genere; deinde quae fuerit philosophiae, quam docuit, facies, quanta poterit diligentia ostendendum; denique afferendae ipsae scriptorum eiusdem reliquiae. Iam de vita eius in vniuersum non pauca collegit e variis scriptoribus, de quibus in praefatione diximus, *Diogenes Laertius* [1]), exscripta fere ab *Eudocia* [2]), et conferenda cum iis, quae *Suidas* [3]) et *Hesychius Milesius* [4]) tradiderunt. Nam *Hermachi* s. potius *Hermarchi* †) *Mitylenaei* ἐπιστολικὰ περὶ Ἐμπεδοκλέους [5]) et *Theophrasti*

1) De vitis philosophorum 8, 51—77.

2) in Ἰωνιᾷ a *Villoisono* edita T. I. anecdot. Graec. Venet. 1781. 4. p. 169—171.

3) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

4) p. 31. edit. Colon. Allobrog. 1615. 8.

†) v. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 604. ed. *Harles.*

5) Laudantur praeter *Cic.* de N. D. 1, 33. a *Diog. Laert.* 10, 25. qui huic operi tribuit libros XXII. cum *Fabricius* in biblioth. graec. T. I. p. 465. (p. 811. edit. *Harles.*) memoret XXIV.

Digitized by Google

Eresii [6]) atque *Xanthi* [7]) *περὶ Ἐμπεδοκλέους* libri ad nostra tempora non peruenere. E recentioribus, praeter *Stanleium* [8]) et *Fabricium* [9]) et *Bruckerum* [10]) aliosque multos, legendi sunt *Petrus Nicolaus Bonamy* [11]), et *Agatopisto Cromaziano* siue *Appiano Buonafede* *). Patriam quidem fuisse Empedocli nostro Agrigentum, quae *Ἀκράγας* a Graecis vocatur, et fuit nobilis vrbs Siciliae [12]), condita Olymp. L, 1. [13])

6) *Diog. Laert.* 5, 43. *καταλέλοιπε περὶ Ἐμπεδοκλέους ά.*

7) v. *Diog. Laert.* 8, 63. Cf. *Jons.* de scriptorib. historiae philos. edit. Ien. 1716. 4. p. 121.

8) hist. philos. p. 811—819. ed. Lips. 1711. 4.

9) biblioth. Graec. Vol. I. p. 465. sqq. (p. 805. sqq. edit. *Harles.* qui egregia epimetra addidit.)

10) hist. crit. philos. T. I. p. 1106. sqq.

11) Recherches sur la vie d' Empedocles, in Mem. de litterature de l' academie royale des Inscriptions et belles lettres, T. X. Paris. 1736. 4 p. 55—74. siue T. XIV. ed. Amst. 1741. 12. p. 83—115. Qui liber Germanice versus extat in *Mich. Hiſsmanni* Magazin für die Philosophie und ihre Gesch. Vol. II. Goetting. 1779. 8. nr. V. Cf. *Joh. Ge. Neumanni* programma de Empedocle philosopho, Viteb. 1690. fol.

*) Della Istoria e della Indole di ogni Filosofia, Vol. II. Lucae 1767. 8. p. 302. sqq.

12) v. *Stanlei.* l. l. p. 811. *Bayle* dictionaire hist. et crit. T. II. p. 547. sq. ed. Amst. 1730. fol. *de Chaufepié* nouveau dict. hist. et crit. in v. Empedocle p. 25. *Bartels* vom alten Agrigent, dessen Lage und Alterthümern, in Epistolis de Calabria et Sicilia Germanice scriptis, T. III. Goetting. 1792. 8. epist. 30.

13) v. *Dodwell.* de aetate Phalaridis p. 6. Sed Ill.

Digitized by Google

consentiunt omnes. Vnde non solum saepissime ipse vocatur Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος a veteribus, sed etiam, omisso nomine proprio, ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς [14]), ὁ Ἀκραγαντῖνος ποιητὴς [15]), Agrigentinus doctus quidam vir [16]), poeta Siculus [17]), Siciliensis poeta [18]), Σικελαὶ s. Σικελικαὶ Μοῦσαι [19]).

Heyn. Opuscul. academicor. Vol. II. p. 260. ponit Olymp. XLIX, 3.

14) v. *Ammon.* ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας p. 172. b. ed. Ven. 1546. 8.

15) v. *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 549. B. et p. 587. B. ed. Colon.

16) v. *Cic.* Lael. 7.

17) v. *Horat.* A. P. 463.

18) v. Vetus interpres Cruquianus ad *Horat.* A. P. p. 638.

19) v. *Plato* in Sophista T. I. p. 242. D. ed. *Steph.* et *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 1, p. 11. b. ed. Ven. 1526. fol. Ab eodem *Platone* in Gorgia T. I. p. 493. A. memoratur τὶς μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικὸς, ad quem locum auctor scholiorum in Platonem, quae in anecdotis graecis (Norimb. 1798. 8.) primus edidit *Siebenkees*, p. 31. adscripsit haec: Σικελ. ἢ Ἰταλικὸς, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Πυθαγόρειος δ' οὗτος ἦν· ὑπῆρχε δὲ καὶ Ἀκραγαντῖνος· Ἀκράγας δὲ, πόλις Σικελίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ποταμοῦ πεπλημένη. — Σικελὸν δὲ ἢ Ἰταλικὸν φησὶν, ἐπειδὴ πλησίον Σικελίας ὅ τε Κρότων, καὶ τὸ Μεταπόντιον, αἱ πόλεις, οὗ οἱ Πυθαγόρειοι διέτριβον, αἳ τῆς Ἰταλίας εἰσί. Eadem leguntur in editione eorundem scholiorum Ruhnkeniana (Lugd. Bat. 1800. 8.) p. 119. *Olympiodorus* ad h. l. in scholiis Mss. Σικελικὸς, inquit, οἷον Ἐμ-

Digitized by Google

Quin ipse hanc sibi patriam esse indicat initio carminis, quod *Καθαρμοὺς* inscripsit [20]).

Sed de patre controuersia est. Nam *Satyrus* quidem *ἐν τοῖς βίοις* [21]) philosophi patrem ait Exaenetum fuisse. Unde satis patet, in *Suida* l. l. pro *Ξενέτου* legendum esse *Ἐξαινέτου*. *Telauges*, Pythagorae filius, in epistola ad Philolaum, patrem Empedoclis auctor est fuisse Archinomum. *Suidas*, qui tamen commemorat reliquas diuersitates narrandi, Empedoclem facit Metonis filium. Quam quidem veram sententiam esse arbitror. Etiamsi enim quis Telaugis auctoritatem, quippe Pythagorae filii atque adeo aequalis Empedocli, per se praeferendam reliquis existimare recte possit: tamen ei parum ponderis hic tribuendum esse quilibet intelliget, qui legerit, *Neanthem* [22]) non fide dignam putasse illam Telaugis epistolam [23]), et Metonem a plerisque

πεδοκλῆς. Πυθαγόρειος γὰρ ἦν οὗτος. ὑπῆρχε δὲ Ἀκραγαντῖνος· Ἀκράγας δὲ, τῆς Σικελίας.

20) v. *Diog. Laert.* 8, 54.

21) ap. *Diog. Laert.* 8, 53. et *Eudociam* p. 169. De nomine *Ἐξαίνετος* v. *Menag.* ad *Diog.* l. l. et 2, 115.

22) ap. *Diog. Laert.* 8, 55.

23) *Diog. Laert.* 8, 43. *σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Τηλαυγοῦς οὐδέν.* Ergo etiam illa epistola fuisse suppositicia censenda est, quamuis antiquum putet eius auctorem *Dodwellus* de aetate Pythagorae p. 222.

Digitized by Google

dici patrem Empedoclis, vt ab *Hippoboto* [24]), *Timaeo* *), *Apollodoro* grammatico [25]), *Plutarcho* [26]), *Justino Martyre* [27]), et *Eusebio* [28]). Solus *Tzetzes* [29]) eum vocat Melitonem. Quo fortasse spectat glossa *Suidae*: *Μελίτωνος*, cui nullum glossema additum legitur. Sed de hac *Tzetzae* traditione quid statuendum sit, non opus est vt iis demonstretur, qui leuitatem eius atque temeritatem in rebus antiquis ipsi perspexerunt. Metonis pater, atque adeo auus Empedoclis nostri, fuit Empedocles [30]). Fratrem nostro fuisse Callicratidem, *Phauorinus* [31]) et *Suidas* l. l. referunt. Sed Exaenetus, quem *Satyrus* l. l. vocat Empedoclis filium, fuit haud dubie filius Empedoclis aui, frater Metonis, vt recte statuit *Corsinus* [32]). Hic

24) ap. *Diog. Laert.* 8, 51. et *Eudoc.* l. l.

*) ap. *Eudociam* l. l.

25) ap. *Diog. Laert.* 8, 52.

26) de placitis philosophorum 1, 3.

27) Cohortat. ad Graecos p. 5. B. ed. Colon. 1688. f.

28) Praeparat. euangel. 14, 14. p. 479. ed. Colon. 1688. f. Etiam ab *Arsenio* in libro illo: *ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν* etc. de quo v. infra §. 4. not. 4. et *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 744. ed. *Harles.*

29) Chill. 2, 901. et 4, 526.

30) Ita tradunt *Timaeus*, *Hermippus* et *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 51. et *Eudoc.* l. l. De more nominandi nepotem nomine aui, cf. quae dixi in prolusione quarta de nominibus Graecorum.

31) ap. *Diog. Laert.* 8, 53.

32) in fastis Atticis T. III. p. 137.

Digitized by Google

Exaenetus non confundendus est cum illo Exaeneto, qui et ipse fuit Agrigentinus, victorque Olymp. XCII. [33]) quanquam si quis eum ad Empedoclis familiam referre velit, cum eo ego non pugnem.

§. 2.

Quo tempore vixerit Empedocles philosophus, obscurum esse non potest. Anaxagoram priorem aetate fuisse quam Empedoclem, neque hunc ante Pythagoram, dicit *Alexander Aphrodisiensis* [1]). Vna cum Pythagora sene nostrum vixisse ait *Jamblichus* [2]), ante Hippocratem *Suidas* [3]), Parmenidi aequalem faciunt *Simplicius* [4]), *Eusebius* [5]), Chronici Paschalis auctor [6]) et *Syncellus* [7]), Democrito idem *Syncellus* [8]), Artaxerxi Longimano, Sophocli, Hera-

33) v. *Diodor. Sicul.* 13, 82. infra §. 7. not. 55.

1) ad *Aristot.* metaphys. p. 12. et 21. Sic Empedocles a *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b. dicitur *οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονώς.*

2) in vita Pythagorae §. 104.

3) in v. *Ἄπρων*, cuius verba si cum loco *Plutarchi* de Is. et Osir. c. 79. comparaueris, Empedoclis aetas incidit in id tempus, quo magna illa pestis, quam Thucydides descripsit, Athenas inuasit.

4) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

5) in Chronico p. 54. 169.

6) p. 163. B. (in *Scaligeri* thes. tempp. p. 248.)

7) p. 254. C.

8) p. 253. D.

Digitized by Google

clito, Anaxagorae, Pythagorae, Thucydidi, Euripidi et Herodoto *Michael Glycas* 9) et *Eudocia* †), Zenoni Eleatae et Melito, Socratis accusatori, *Suidas* 10), Menenio Agrippae et M. Horatio Puluillo consulibus, anno fere quarto post Xerxen a Themistocle victum, *Gellius* 11), Telaugi *Theodoretus* 12). His collectis et inter se comparatis facile apparet, Empedoclem vixisse et floruisse circa Olymp. LXXXIV. quod diserte dicit *Diogenes Laer-*

9) in annalibus T. II. p. 202. B.

†) in libro supra laudato p. 367.

10) in v. *Μέλιτος*.

11) Noctt. Att. 17, 21. De hoc *Gellii* loco recte ita disseruit *Bonamy* p. 56. sq. vt ostenderet, non accurate, sed tantum praeterpropter voluisse *Gellium* tempora describere. Verba enim sunt haec: „Xerxes rex ab Atheniensibus et „pleraque Graecia, Themistocle duce, nauali proelio, quod „ad Salamina factum est, victus fugatusque est." np. Olympiad. LXXV, 1. A. V. 273. „Atque inde anno fere quarto, „Menenio Agrippa M. Horatio Puluillo consulibus, bello „Veiente apud fluuium Cremeram, ab his sex trecenti patri„cii Fabii cum familiis suis, vniuersi ab hostibus circum„uenti perierunt." np. Olymp. LXXVI, 1. A. V. 277. „Iux„ta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philosophiae na„turalis studio floruit. Romae autem per eas tempestates „decemuiros legibus scribundis creatos constitit." Haec decemuirorum istorum creatio incidit in Olymp. LXXXII, 3. A. V. 304. Quae vltima temporum designatio parum differt a *Diogenis Laertii* ratione.

12) de Graec. affect. curatione diss. 2. Vol. IV. p. 733. ed. *Schulz*.

Digitized by Google

tius [13]), etiam *Olympiodorus* *), ni fallor: quanquam annus, quo natus sit, certo definiri non potest. *Simsonus* [14]) ponit Empedoclem Olymp. 84, 1. A. M. 3561. ante Christum natum 442. A. V. C. 310. Artaxerxis Longimani anno 21. Eandem rationem *Saxius* [15]) sequitur. Sed cum neuter quicquam dixerit de anno eius natali, *Dodwellus* [16]) autem rationes praeclare subduxerit, non poenitebit huc transscripta eius verba legisse; „Erant, qui anno 75 de„functum traderent (Empedoclem) [17]), erant „qui 109. [18]) *Aristoteles* [19]) anno 60 illum de-

13) 8. 74. et Anonymus in *Scaligeri* thesauro temporum p. 320. Hac ipsa Olympiade videtur Thurii fuisse. *Glaucus* enim apud *Diog. Laert.* 8, 52. εἰς Θουρίους αὐτὸν νεωστὶ πανταχῶς ἐπισμένους ἐλθεῖν φησιν. Thurium autem Olymp. 83, 3. conditum esse auctor est *Diodorus Siculus* 12, 9. Cf. *Bonamy* p. 58. *Glaucus* id haud dubie narrauit in libro περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν, quem laudat *Plutarchus* de musica T. II. p. 1132.

*) v. §. 4. extr.

14) in chronico p. 752. sq.

15) in onomastico literario T. I. p. 39.

16) de aetate Pythagorae p. 219. sqq.

17) Hic videtur minus diligenter versatus esse *Dodwellus*. Nam *Diog. Laert.* 8, 73. e *Phauorino* refert, Empedoclem mortuum esse ἐτῶν ξ' καὶ ό.

18) Ita narratur a *Diog. Laert.* 8, 74. et *Eudocia* p. 170. Sed parum verisimile est, οὐ φαίνεται, vt idem *Diogenes* dicit §. 52. Videtur potius illa ratio ad Gorgiam pertinere. Quod patere puto e §. 58.

19) ap. *Diog. Laert.* 8, 52. et 74.

Digitized by Google

„fecisse scripsit, cui ego prae coaeuis omnibus „in rebus facti fidendum arbitror, propter bi„bliothecam quam primus legitur habuisse pri„uatam. Egerit ergo post cladem Athenien„sium Siculam [20]) annum 60. quousque perti„git aetas militaris. Annus post cladem illam „proximus, Olymp. $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$. idem Varronianus „erat 342. Detrahantur 60. natalisque eius „ad annum Varronianum 282 referendus erit, „qui erat Olymp. $\frac{76}{77}$. $\frac{4}{1}$. Sic annum egerit, cum „colonia Thurios deduceretur (quod anno fa„ctum Varroniano 311. Olymp. 84. $\frac{1}{2}$.) vnde„trigesimum. Non admodum incommode. „Ita enim cum, pro nostro calculo, decederet „Pythagoras philosophus anno Varroniano 283. „Olymp. 77. $\frac{1}{2}$. annum duntaxat vnicum ege„rit Empedocles. — Sic recte fuerit Empedo„cles coaeuus Zenoni Eleati, vtpote sub Par„menide condiscipulus. — Annum egit Par„menides, cum Athenis esset, sociumque ha„beret Zenonem Eleatem, sexagesimum quin„tum, Zeno autem ipse fere quadragesimum,

20) Hanc potissimum caussam *Dodwellus* commemorat, quia Empedocles in Peloponnesum secessisse legitur ap. *Diog.* 8, 67. quod sane consentaneum erat, inquit *Dodwellus*, si partium fuerit Atheniensibus aduersarum. Sed *Apollodorus* ap. *Diog.* 8, 52. ob temporum rationem omnino negat, Empedoclem Syracusanorum aduersus Athenienses bello interfuisse.

Digitized by Google

„teste in Parmenide *Platone* [21]). Esto de pri„mo Olympiadis anno intelligatur *Laertius* 9, „23. Ita annus Parmenidis 65. conueniet „Olymp. 85, 2. Proinde Olymp. 75, 2. natalis „erit Zenonis, qui fuerit proinde sexennio „maior condiscipulo Empedocle.“ Hactenus *Dodwellus*, cuius reliqua quoque disputatio diligenter legenda et ponderanda est. Nolui enim exscribere omnia, quanquam egregie mihi Dodwellianam rationem placere ac paene satis facere non diffiteor. Reliquorum recentioris aetatis chronologorum opiniones cognoscere facile poterit, qui volet [22]). Quare lectores recte iam possem ad alia vitae Empedoclis momenta perducere, nisi antea commemoranda esset monstrosa duorum scriptorum Arabum traditio. Scilicet *Gregorius Abul-Pharajius* [23]) scripsit haec: „Anno vigesimo octauo regni „Dauidis condita est vrbs Ephesus, nec non

21) T. III. p. 127. B.

22) v. c. *Caluisius* in opere chronologico p. 246. Empedoclis aetatem refert *Eusebii* in chronico rationem secutus, in Olymp. LXXX. siue in annum ante C. N. 455. *du Fresnoy* in chronolog. Tafel berühmter Gelehrten p. 270. ed. *Baumgarten*, Hal. 1752. 8. in annum ante C. N. 473. *Joecherus* in Gelehrten-Lexico vt *Bonamy* p. 56. et 70. natum eum dicit Olymp. 73. mortuum Olymp. 88, 1. etc. Cf. *Brucker.* l. l. T. I. p. 1129. et 1144. vbi *Dodwelli* rationem sequitur, et *Harles.* ad *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 807.

23) in hist. dynastiarum p. 33. ed. *Pocock.* Oxon. 1663. 4.

Digitized by Google

„vrbs Samos. Eius tempore fuit Empedocles „Sapiens, vna e quinque columnis (philoso- „phiae); Illum autumo, Pythagoram, Socra- „tem, Platonem, et Aristotelem. Ille primus „attributa ab essentia creatoris altissimi semo- „vit, dicens, Essentia est existentia eius, et „existentia eius essentia: vita autem et sapien- „tia eius duae sunt notiones, quae non neces- „sario inferunt contrarietatem in essentia. Scri- „psit ille librum ad refutandum resurrectio- „nem spiritualem, multo magis corporalem. — „Asserunt Islamitarum nonnulli, primum, qui „a sapientia denominatus sit, fuisse Locman- „num, qui tempore Dauidis claruit, et ab illo „accepisse Empedoclem.“ Alter est scriptor ignobilis, de quo Cel. *Jac. Morellius* in epistola humanissime ad me data (1792.) sic scripsit: In opere inscripto: Catalogo de' Codici Manoscritti Orientali della Biblioteca Naniana, compilato dall' Abate *Simone Assemani*, impresso in Padova, 1787. 4. pag. 45. nullo facto indicio de aetate codicis vel scriptoris, Assemanus opus refert, cui titulus *Compendio storico degli Haramisiti di Al Hakim Hainan ebn Isaak Al-Obadi*, in quo philosophorum quorundam notitia est; atque ex eodem haec de Empedocle Latine profert interpretata p. 58: „Empedocles „tempore Dauidis floruit, et a Locmano sa- „piente philosophiam in Syria accepit. In pa- „triam reuersus, de creatione mundi et de aliis

Digitized by Google

„teste in Parmenide *Platone* [21]). Esto de pri„mo Olympiadis anno intelligatur *Laertius* 9, „23. Ita annus Parmenidis 65. conueniet „Olymp. 85, 2. Proinde Olymp. 75, 2. natalis „erit Zenonis, qui fuerit proinde sexennio „maior condiscipulo Empedocle.“ Hactenus *Dodwellus*, cuius reliqua quoque disputatio diligenter legenda et ponderanda est. Nolui enim exscribere omnia, quanquam egregie mihi Dodwellianam rationem placere ac paene satis facere non diffiteor. Reliquorum recentioris aetatis chronologorum opiniones cognoscere facile poterit, qui volet [22]). Quare lectores recte iam possem ad alia vitae Empedoclis momenta perducere, nisi antea commemoranda esset monstrosa duorum scriptorum Arabum traditio. Scilicet *Gregorius Abul-Pharajius* [23]) scripsit haec: „Anno vigesimo octauo regni „Dauidis condita est vrbs Ephesus, nec non

21) T. III. p. 127. B.

22) v. c. *Caluisius* in opere chronologico p. 246. Empedoclis aetatem refert *Eusebii* in chronico rationem secutus, in Olymp. LXXX. siue in annum ante C. N. 455. *du Fresnoy* in chronolog. Tafel berühmter Gelehrten p. 270. ed. *Baumgarten*, Hal. 1752. 8. in annum ante C. N. 473. *Joecherus* in Gelehrten-Lexico vt *Bonamy* p. 56. et 70. natum eum dicit Olymp. 73. mortuum Olymp. 88, 1. etc. Cf. *Brucker.* l. l. T. I. p. 1129. et 1144. vbi *Dodwelli* rationem sequitur, et *Harles.* ad *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 807.

23) in hist. dynastiarum p. 33. ed. *Pocock.* Oxon. 1663. 4.

Digitized by Google

„vrbs Samos. Eius tempore fuit Empedocles „Sapiens, vna e quinque columnis (philoso- „phiae); Illum autumo, Pythagoram, Socra- „tem, Platonem, et Aristotelem. Ille primus „attributa ab essentia creatoris altissimi semo- „vit, dicens, Essentia est existentia eius, et „existentia eius essentia: vita autem et sapien- „tia eius duae sunt notiones, quae non neces- „sario inferunt contrarietatem in essentia. Scri- „psit ille librum ad refutandum resurrectio- „nem spiritualem, multo magis corporalem. — „Asserunt Islamitarum nonnulli, primum, qui „a sapientia denominatus sit, fuisse Locman- „num, qui tempore Dauidis claruit, et ab illo „accepisse Empedoclem." Alter est scriptor ignobilis, de quo Cel. *Jac. Morellius* in epistola humanissime ad me data (1792.) sic scripsit: In opere inscripto: Catalogo de' Codici Manoscritti Orientali della Biblioteca Naniana, compilato dall' Abate *Simone Assemani*, impresso in Padova, 1787. 4. pag. 45. nullo facto indicio de aetate codicis vel scriptoris, Assemanus opus refert, cui titulus *Compendio storico degli Haramisiti di Al Hakim Hainan ebn Isaak Al-Obadi*, in quo philosophorum quorundam notitia est; atque ex eodem haec de Empedocle Latine profert interpretata p. 58: „Empedocles „tempore Dauidis floruit, et a Locmano sa- „piente philosophiam in Syria accepit. In pa- „triam reuersus, de creatione mundi et de aliis

Digitized by Google

„rebus locutus est et scripsit. At eius doctri„na a pluribus arguitur. Empedoclis libros „inueni inter eos, quos Alscek Al Jateh Naser „ben Ibrahim Hierosolymitanus domui sanctae „in legatum reliquit, illosque attente legi, nec „vllum errorem animaduerti. Empedocles ha„buit suo tempore asseclas; nouissime vero „inter Mosleminos, qui ipsius doctrinam am„plexi sunt, adnumerantur praecipue Moha„med ben Abdollah Algiabals Albatni ex Car„taba, et Abu Al-Hezil Mohamed ben Al Hezil „e Bassora." Haec commemorasse, est refutasse.

§. 3.

Progrediendum potius est ad institutionem et magistros, quibus vsus Empedocles ad gloriae fastigium tam excelsum enisus est, vt, quamuis scholam aperuisse nusquam legatur [1]),

1) *Baco* noui organi 1, 71. „Antiquiores illi ex Graecis, „Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, Democritus, Parme„nides, Heraclitus, Xenophanes, Philolaus, reliqui — scho„las, quod nouimus, non aperuerunt: sed maiore silentio, „et seuerius, et simplicius, i. e. minore cum affectatione et „ostentatione, ad inquisitionem veritatis se contulerunt. Ita„que et melius, vt arbitramur, se gesserunt; nisi quod ope„ra eorum a leuioribus istis, qui vulgari captui et affectui „magis respondent ac placent, tractu temporis extincta sint: „tempore, vt fluuio, leuiora et magis inflata ad nos deue„hente, grauiora et solida mergente." Videantur quidem huic *Baconis* sententiae, quam eandem meam facio, opponi

Digitized by Google

tamen omnibus saeculis iudicaretur summa laude dignissimus. Pythagoricam quidem disciplinam eum secutum esse consentiunt scriptores, vt *Athenaeus* [2]), *Gellius* [3]), *Hiero-*

posse verba auctoris libri Cosri 4, 25. p. 315. sq. ed. *Buxtorf.* Bas. 1660. 4. quae quo facilius legi possent, punctis vocalibus instruxi: הַתְחָלָתָם כֻּלָּם לֹא יִסְבּוֹל אוֹתָם שֶׂכֶל וְלֹא יִכְנְסוּ תַחַת הַקְשָׁה: וְעוֹד כִּי אֵין בֵּין שֳׁנַיִם מֵהֶם הַסְכָּמָה אֶלָּא הַמְקַבְּלִים מֵהֶם שֶׁסּוֹמְכִים עַל רַב אֶחָד אִם אַבֵּנְדַקְלִיס וְאִם פִּיתָאגוֹרָשׁ אוֹ (ita enim legendum pro נקליס אבד) אֲרִסְטוֹ אוֹ אֶפְּלָטוֹן וְזוּלָתָם הַרְבֵּה אֵין אֶחָד מֵהֶם מַסְכִּים עִם חֲבִירוֹ: כִּמְעַט שֶׁאֵין הַסְכָּמָה בֵּין שְׁנֵי et 5, 14. p. 358. אִישִׁים בְּמָה שֶׁיִּתְחַלְּפוּ אַחֵר זֶה מֵהַדֵּעוֹת בְּמָה שֶׁאַחַר הַטֶּבַע גַּם בְּהַרְבֵּה מֵהַטֶּבַע וְאִם נִמְצָא כַּת אַחַת מְסַכֶּמֶת עַל דַּעַת אַחַת הִנֵּה אֵין זֶה לַחֲקִירָה וְחוֹלְדָה שֶׁעֹמְדָה עֲלֵיהֶם דַּעְתָּם אֲבָל שֶׁהֵם סִיעַת א׳ מֵהַמְדַבְּרִים קִבְּלוּ מִמֶּנּוּ כְּסִיעַת פִּיתָאגוֹרָשׁ וְסִיעַת אַבֵּנְדַקְלִי׳ וְסִיעַת אִפּוֹקְרָאט וְסִיעַת אֲרִסְטוֹ וְסִיעַת אֶפְּלָטוֹן Sed fortassis haec סִיעַת אַבֵּנְדַקְלִיס h. e. secta siue schola Empedoclis, nata est e formula Graeca, *οἱ περὶ* s. *οἱ ἀμφὶ Ἐμπεδοκλέα*, h. e. Empedocles, quam in scriptore aliquo antiquo inuenerat et minus recte intellexerat scriptor iste, quisquis fuerit, Orientalis. Sic *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 2, p. 126. b. *τετάρτων (μνημονεύει Ἀριστοτέλης) τῶν περὶ Ἐμπεδοκλῆ.* *Johannes Philoponus* ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, p. 29. a. *οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα.* Et ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. C, 5. *οἵ τε περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Ἐμπεδοκλέα.* Vnde in latina versione *Themistii* in *Aristot.* de coelo 3, 7. fol. 52. a. „Empedoclis sequaces."

2) lib. 1. p. 3. E. de quo loco mox plura dicentur.

3) Noctt. Att. 4, 11.

Digitized by Google

cles [4]), *Chalcidius* [5]), *Syrianus* [6]), *Iohannes Philoponus* [7]), *Philostratus* [8]), *Cedrenus* [9]), *Suidas* [10]), *Horatii Scholiastes* [11]) et interpres Cruquianus [12]). Neque enim vllo modo audiendus est *Iohannes Chrysostomus* [13]), qui Empedoclem videtur facere Pythagorae magistrum. Sed quem potissimum ducem sit secutus, non eadem omnium sententia est. *Timaeus* [14]), *Alcidamas* [15]), *Eudocia* †), *Tzetzes* [16]), *Scholiastes Hermogenis* [17]), et *Pseudo-Origenes* [18]) ipsius

4) ad aurea carmina p. 186. ed. *Needham*, Cantabr. 1709. 8.

5) ad Timaeum p. 286.

6) ad *Aristot.* metaphys. 2, p. 8. b. et p. 32. b.

7) ad *Aristot.* de anima lib. 1. plag. D. 16. (p. 32. b.)

8) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. ed. *Olear.*

9) T. I. p. 157.

10) in v. *Ἀθήναιος.*

11) ad epistt. 1, 12, 20. „Empedocles Agrigentinus mul„ta, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et ver„sibus tradidit."

12) ad A. P. p. 638.

13) homil. 2. in Ioh. cap. 2. T. VIII. p. 10. ed. *Montf.* *Πυθαγόρας — ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ πόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς.*

14) ap. *Diog. Laert.* 8, 54.

15) ibid. §. 56. Cf. ipse *Diogenes* §. 50.

†) p. 169.

16) Chill. 2, 902. Cf. not. 40.

17) p. 383.

18) in philosophumenis c. 3.

Digitized by Google

Pythagorae discipulum eum fuisse referunt. Quae relatio nititur haud dubie illa traditione, quae reperitur apud *Athenaeum* [19]), *Philostratum* [20]), *Eustathium* [21]), *Suidam* [22]) atque *Cedrenum* [23]). Scilicet dicitur Olympia equis vicisse, et, cum carnibus animalium, vt plerique Pythagorei [24]), abstineret, illius victoriae causa bouem e myrrha et ture aliisque pretiosissimis aromatibus fictum *) populo distribuisse: quales simulatas victimas in Aegypto a pauperibus oblatas fuisse *Herodotus* [25]) auctor est. Ab Aegyptiis videtur haec ratio per Py-

19) lib. 1. p. 3. E. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν.*

20) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. *ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμια ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν.*

21) ad Odyss. γ, p. 1454, 20. ed. Rom.

22) in v. *Ἐμπεδοκλῆς* et *Ἀθήναιος*. In priori loco refert verba *Philostrati*, in altero verba *Athenaei*.

23) T. I. p. 157. Leguntur ibi non nisi haec: *καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς*. Sed mutila ista facile possunt restitui e *Philostrati* loco not. 20. allato, e quo hausit sua *Cedrenus*.

24) de quo eorum more v. *Dodwell.* de aetate Phalaridis et Pythagorae, Lond. 1704. 8. p. 141 – 145.

*) An recte inde Empedocles malthae e farina factae inventor vocari possit cum *Wieglebio* (Hist. Chemiae temporum antiquiorum p. 78.), valde videtur esse dubium.

25) 2, 47. Cf. paulo post not. **

Digitized by Google

cles [4]), *Chalcidius* [5]), *Syrianus* [6]), *Iohannes Philoponus* [7]), *Philostratus* [8]), *Cedrenus* [9]), *Suidas* [10]), *Horatii Scholiastes* [11]) et interpres Cruquianus [12]). Neque enim vllo modo audiendus est *Iohannes Chrysostomus* [13]), qui Empedoclem videtur facere Pythagorae magistrum. Sed quem potissimum ducem sit secutus, non eadem omnium sententia est. *Timaeus* [14]), *Alcidamas* [15]), *Eudocia* †), *Tzetzes* [16]), *Scholiastes Hermogenis* [17]), et *Pseudo-Origenes* [18]) ipsius

4) ad aurea carmina p. 186. ed. *Needham*, Cantabr. 1709. 8.

5) ad Timaeum p. 286.

6) ad *Aristot.* metaphys. 2, p. 8. b. et p. 32. b.

7) ad *Aristot.* de anima lib. 1. plag. D. 16. (p. 32. b.)

8) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. ed. *Olear.*

9) T. I. p. 157.

10) in v. *Ἀθήναιος.*

11) ad epistt. 1, 12, 20. „Empedocles Agrigentinus mul„ta, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et ver„sibus tradidit."

12) ad A. P. p. 638.

13) homil. 2. in Ioh. cap. 2. T. VIII. p. 10. ed. *Montf.* *Πυθαγόρας — ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπεισεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ πόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς.*

14) ap. *Diog. Laert.* 8, 54.

15) ibid. §. 56. Cf. ipse *Diogenes* §. 50.

†) p. 169.

16) Chill. 2, 902. Cf. not. 40.

17) p. 383.

18) in philosophumenis c. 3.

Digitized by Google

Pythagorae discipulum eum fuisse referunt. Quae relatio nititur haud dubie illa traditione, quae reperitur apud *Athenaeum* [19]), *Philostratum* [20]), *Eustathium* [21]), *Suidam* [22]) atque *Cedrenum* [23]). Scilicet dicitur Olympia equis vicisse, et, cum carnibus animalium, vt plerique Pythagorei [24]), abstineret, illius victoriae causa bouem e myrrha et ture aliisque pretiosissimis aromatibus fictum *) populo distribuisse: quales simulatas victimas in Aegypto a pauperibus oblatas fuisse *Herodotus* [25]) auctor est. Ab Aegyptiis videtur haec ratio per Py-

19) lib. 1. p. 3. E. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν.*

20) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. *ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν.*

21) ad Odyss. γ, p. 1454, 20. ed. Rom.

22) in v. *Ἐμπεδοκλῆς* et *Ἀθήναιος*. In priori loco refert verba *Philostrati*, in altero verba *Athenaei*.

23) T. I. p. 157. Leguntur ibi non nisi haec: *καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς*. Sed mutila ista facile possunt restitui e *Philostrati* loco not. 20. allato, e quo hausit sua *Cedrenus*.

24) de quo eorum more v. *Dodwell.* de aetate Phalaridis et Pythagorae, Lond. 1704. 8. p. 141 – 145.

*) An recte inde Empedocles malthae e farina factae inventor vocari possit cum *Wieglebio* (Hist. Chemiae temporum antiquiorum p. 78.), valde videtur esse dubium.

25) 2, 47. Cf. paulo post not. **

Digitized by Google

thagoram peruenisse ad Graecos [26]). Idonei vero auctores referunt narrationem illam, quamuis consentientem cum philosophi carminibus, vt infra patebit, ad Empedoclem philosophi auum, quem *Timaeus* et *Hermippus* [27]) ἐπίσημόν ἄνδρα vocant, *Heraclides* equos aluisse ait, et *Aristotelem* secutus *Eratosthenes* Olymp. 71. [28]) vicisse. *Satyrus* [29]) addit, eum filium fuisse Exaeneti, et ipsum habuisse filium Exaenetum, quicum vna vicerit eadem Olympiade, ipse quidem equo celete, filius lucta, vel secundum *Heraclidem* cursu. *Phauorinus* denique refert, bouem illum e melle et farina fuisse confictum. Vt autem temporum quemque ratio docet, Olympiade 71. nostrum Empedoclem nondum natum fuisse, atque adeo in his recte eius auum intelligi [30]): ita illa ipsa bouis conficti oblatio **) eum Pythagoricum philosophum fuisse luculenter ostendit, qui sane potuit adolescens audiuisse Pythagoram senem.

26) v. *Lomeieri* Epimenides p. 231.

27) ap. *Diog. Laert.* 8. 51. Cf. §. 52 et *Bonamy* p. 55.

28) *Menagius* legendum putat τὴν πρώτην καὶ ἑξηκοστήν.

29) ap. *Diog. Laert.* 8, 53. et apud *Eudociam* p. 169. Cf. supra §. 1.

30) Cf. *Corsin.* fastt. Att. T. III. p. 137. et *Dodwellus* in libro laudato p. 220.

**) quanquam proprie ab Aegyptiis profecta. v. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 50.

Digitized by Google

Ita ex nominum vtriusque conuenientia atque ταυτότητι facile orta est confusio, vt nepoti tribuerentur, quae de auo essent praedicanda. Caeterum *Phauorini* narratio vix fide videtur digna esse. Cum enim magnas opes possideret Empedocles, vix credibile est, eum non nisi melle et farina vsum esse ad effingendum bouem: quippe quod erat hominum tenuiorum. Nisi forte hoc ab eo ideo factum esse dicamus, quia Pythagoras ipse quoque ex farina bouem immolauit.

Iam videamus reliquos, qui feruntur Empedoclis magistri. Et primum quidem eum audiuisse Parmenidem, narrant *Theophrastus* [31]), *Simplicius* [32]), atque *Suidas* [33]), qui e *Porphyrio* addit, eundem nostrum fuisse Parmenidis amasium. *Alcidamas* [34]) tradit, Zenonem (Eleatem) et Empedoclem eodem tem-

31) *Diog. Laert.* 8, 55. et *Eudocia* p. 169. ὁ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. *Eudocia* addit haec: ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν.

32) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b. Παρμενίδου πλησιαστὴς καὶ ζηλωτὴς, καὶ ἔτι μᾶλλον Πυθαγορείων.

33) in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. in v. Παρμενίδης, et *Eudocia* p. 360. vbi Parmenidis διάδοχος dicitur. Empedoclem fuisse Parmenidis discipulum, ex temporum ratione conficere conatur *Bonamy* p. 57. Contra vero eadem ratione motus negat *Vossius* de poetis Graecis c. 6. Cf. §. 4. extr.

34) ap. *Diog. Laert.* 8, 56.

Digitized by Google

pore operam Parmenidi dedisse, deinde eo relicto Zenonem sine magistro philosophiae studuisse, Empedoclem vero Anaxagora atque Pythagora [35]) ducibus. Ad Parmenidem quidam [36]) referunt hos Empedoclis versus:

ἦν δέ τις ἐν πείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,

quos alii [37]) ad Pythagoram aiunt pertinere. Secundum *Hermippum* [38]) Empedocles non Parmenidis, sed Xenophanis fuit auditor, et serioribus demum temporibus ad Pythagoricos transiit. Nonnulli [39]) dicebant, eum discipulum fuisse Telaugis, Pythagorae filii, quam traditionem sequitur *Theodoretus* [40]). Et *Hip-*

35) Pythagoram iuniorem intelligit *Dodwellus* l. l. pag. 220. quem dicit mortuum esse Olymp. $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{4}$. anno Varroniano 302. anno Empedoclis 20. Anaxagorae discipulum fuisse Empedoclem, ex eo colligit *Fazellus* de rebus Sicul. decad. 1. lib. 6. c. 1. p. 134. quod eius de rerum natura placita magnam partem cum Anaxagorae decretis consentiant.

36) ap. *Diog. Laert.* 8, 54.

37) vt *Porphyrius* in vita Pythagorae §. 30. et *Iamblichus* in vita eiusdem §. 67.

38) ap. *Diog. Laert.* 8, 56.

39) ap. *Suidam* in v. *Ἐμπεδοκλῆς*. Cf. not. 41.

40) de Graec. affect. curatione diss. 2. Vol. IV. p. 733. item *Tzetzes* chill. 2, 902. et *Vossius* l. l.

Digitized by Google

pobotils [41]) quidem ab Empedocle sic appellatum esse putabat Telaugen:

Τηλαυγὲς [42]), *πλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε.*

In illa epistola, quam supra diximus sub Telaugis nomine circumferri, vocatur Empedocles Hippasi et Brontini discipulus [43]). *Suidas* [44]) denique manifestum esse dicit, Archytam Tarentinum fuisse magistrum Empedoclis. Quaenam igitur ex his vera sunt, quae falsa? Mihi sic videbatur: Verisimile est, Empedoclem et alios philosophos, in his Xenophanem, et vero maxime Pythagoreorum nonnullos, Parmenidis exemplo [45]), audiuisse, neque igitur Pythagorae auditorem, sed sectatorem, non genuinum Pythagoreum fuisse, sed ex eo genere, quod Pythagoristarum vocant [46]).

41) ap. *Diog. Laert.* 8, 43.

42) Ita lego cum *Bentleio* in opusculis p. 188. ed. Lips. 1781. 8. pro *Τηλαυγεῖ*.

43) v. *Diog. Laert.* 8, 55. Brontinus iste fuit Pythagoricae Theanus pater. v. *Diog. Laert.* 8, 42. collatis tamen *Menagii* notis.

44) in v. *Ἀρχύτας*, vbi *Iamblichum* in *Nicomachi* arithmeticam p. 6. secutus dicitur ab *Ioh. Andr. Schmidtio* diss. de Archyta Tarentino, Jen. 1683. 4. plag. B, 2. sed perperam. Non enim ipse *Iamblichus*, sed *Tennulius* in notis p. 80. cum *Suida* consentit, vt *Vossius* de philosophia 11, 15.

45) v. *Diog. Laert.* 9, 21.

46) *Schol. Theocrit.* 14, 5. *οἱ μὲν αὐτῷ συγγενόμενοι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μα-*

Digitized by Google

Quod quidem non temere a me dictum esse, videtur ex eo quoque elucere, quod a *Syriano* [47]) et Pythagoricus et Orphicus vocatur, cuius rei exempla etiam infra occurrent attento lectori.

His vero non contentus doctoribus Empedocles peregrinationes quoque ad augendam rerum optimarum scientiam suscepisse, inprimisque cum magis conuersatus esse legitur [48]), vt ante eius tempora Pythagoras [49]). Etiam Athenis eum versatum esse patet ex *Apuleio* [50]) et *Suida* [51]). Cf. §. 4. extr. Denique praeter hos viuos magistros multa quoque debuit Homericorum carminum lectioni assiduae ac dili-

θηταὶ Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξω ζητηταὶ, Πυθαγορισταί. Eadem habent *Suidas* in v. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος* et *Eudocia* p. 368. Alii tamen statuunt aliter. v. *Tiedemanni* Griechenlands erste Philosophen p. 271. sqq. Diu his scriptis vidi, dudum in mea sententia fuisse auctorem Theologumenon arithmet. p. 8. qui, *ἐνίησι*, inquit, *κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορίοις οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην.*

47) locis not. 6. laudatis.

48) v. *Plin.* H. N. 30, 1. et *Philostrat.* 1, 2. p. 3. e quo sua hauserunt *Eusebius* contra Hieroclem p. 510. et *Suidas* in v. *Ἀπολλώνιος Τυανεύς.*

49) v. *Diog. Laert.* 8, 3.

50) Florid. p. 363. ed. *Elmenhorst.*

51) in v. *Ἄκρων.* Cf. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 79. De peregrinatione Thurium suscepta v. §. 2. not. 13.

Digitized by Google

genti, quod ostenderunt *Heraclides Ponticus* [52]) et auctor vitae Homeri [53]).

§. 4.

His tot ac talibus ducibus quantum profecerit Empedocles, praesertim ingenio non contemnendo adiutus [1]), per se iam, etiamsi ne vnum quidem antiquitatis testimonium exstaret, intelligi facile posset. Iam ingenium ei haud vulgare fuisse, demonstrant apophthegmata ei tributa, qualia haec sunt: Cum luxu deliciisque diffluerent Agrigentini, dixisse fertur: Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν, ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι· οἰκίας δὲ κατασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι [2]). Cum

52) in allegoriis Homeri p. 443. 475. et 494. in *Galei* Opusculis mythologicis, physicis et ethicis. Cf. *Scholiast.* ad Il. σ, 473. p. 428. sq. ed. *Villoison.*

53) in eodem *Galei* libro p. 327.

1) Licet enim ob temperamentum s. crasin melancholicam rideat Empedoclem *Lucianus* in dialogis mortuor. T. I. p. 305. ed. *Graev.* tamen eam omnino in viris magnis et ingenio claris reperiri ostendit *Aristoteles* probl. 30, 1. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης, καὶ ἕτεροι συχνοὶ τῶν γνωρίμων, ἔτι δὲ τῶν περὶ τὴν ποίησιν οἱ πλεῖστοι φαίνονται μελαγχολικοί. πολλοῖς μὲν γὰρ τῶν τοιούτων γίνονται νοσήματα ἀπὸ τῆς τοιαύτης κράσεως τῷ σώματι. τοῖς δὲ ἡ φύσις δήλη ῥέπουσα πρὸς τὰ πάθη. πάντες δ' οὖν (ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς) εἰσὶ, καθάπερ ἐλέχθη, τοιοῦτοι τὴν φύσιν.

2) v. *Diog. Laert.* 8, 63. *Arsenii* violarium, quod extat

Digitized by Google

interrogatus esset, cur valde indignaretur male audiens, ὅτι, inquit, οὐδὲ ἐπαινούμενος αἰσθήσομαι, εἰ μὴ κακῶς ἀκούων ἀχθήσομαι [3]). Cum Xenophanes negasset, se quenquam sapientem inuenire posse, respondit: εἰκότως· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν [4]). Sic *Scholiastes in Platonem* *) dicit, eum esse auctorem prouerbii: δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Qua de re infra pluribus agere animus est. Ipsius autem doctrinae, qua ornatus fuerit Empedocles, praeter ea, quae infra ex operum eius reliquiis afferre con-

MS. in bibliotheca Laurentiana Plut. IV. Cod. XXVI. p. 128. a tergo, vbi iisdem, quibus a *Laertio*, verbis refertur. *Aelianus* V. H. 12, 29. qui hoc dictum Platoni tribuit, refert paulo aliter.

3) v. *S. Maximus Confessor* T. II. opp. p. 581. *Arsenius* l. l. et Scriptores aliquot gnomici, ap. *Froben.* Basil. 1521. 8. p. 177.

4) Sic tradit *Diog. Laert.* 9, 20. Sed *Maximus Confessor* T. II. opp. p. 585. *Antonius Melissa* in locis communibus 1, 50. *Arsenius* l. l. et in libro sine vlla nota edito octonis, et sic inscripto: *Praeclara dicta philosophorum, imperatorum, oratorumque et poetarum, ab Arsenio Archiepiscopo Mqnembasiae collecta*, quem Cel. *Morellius* Romae circa annum 1518 impressum coniiciebat, qui etiam duo illa, quae paulo ante attuli, Empedoclis dicta habet, et Frobeniana gnomicorum scriptorum collectio l. l. ita laudant responsum Empedoclis: κατὰ λόγον· τὸν γὰρ ζητοῦντα σοφὸν, αὐτὸν πρότερον εἶναι δεῖ σοφόν.

*) in *Siebenkeesii* anecdot. graec. p. 33.

Digitized by Google

stitui, documenta exstant non pauca. Nam a *Sexto* quidem *Empirico* [5]), *Plutarcho* [6]), *Vitruuio* [7]), *Proclo* [8]) et *Suida* [9]) vocatur ὁ φιλόσοφος, a *Tzetza* [10]) φιλόσοφος ὁ μέγας, a *Luciano* [11]) ὁ σοφὸς, ab *Abul-Pharajio* [12]) vna e quinque columnis philosophiae, a *Cicerone* [13]), *Athenaeo* [14]), *Dionysio Halicarnassensi* [15]), *Plutarcho* [16]), *Plinio* [17]), *Aeliano* [18]), *Eusebio* [19]), ipsoque *Aristotele* [20]) et aliis [21]) ὁ φυσικὸς, ab

5) adv. Mathematicos 1, 302.

6) adv. Colotem T. II. opp. p. 1108. B. ed. Wechel.

7) praef. ad librum VIII.

8) ad Timaeum 3, p. 175.

9) in v. *Παρμενίδης*.

10) Chill. 12, 575. Sic *Galenus* de causis procatarcticis c. 3. p. 355. D. ed. *Charter.* post Empedoclem commemorat multos ex minoribus philosophis.

11) in Icaromenippo T. II. p. 195.

12) Locum supra posui §. 2.

13) de orat. 1, 50.

14) in fine libri 8. et lib. 7. p. 334. B.

15) *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* c. 22. T. V. p. 150. ed. *Reisk.*

16) de curiositate T. II. p. 515. C.

17) H. N. 29, 1.

18) hist. animm. 16, 29.

19) praepar. euangel. 13, 13. p. 676.

20) saltem in libro de mundo c. 6. ita vocatur.

21) vt ab *Eustathio* ad Odyss. σ, p. 1838, 51. *Schol. Eurip.* Phoeniss. 18. *Alexandro Aphrodis.* ad *Aristot.* metaphys. p. 328. p. 98. et 383. *Simplicio* ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. Cf. *Gell.* 17, 21. *Maximus Confessor*, *Syncellus*, et

Digitized by Google

Eudocia φυσικὸς φιλόσοφος, ab eodem *Aristotele* [22]) *ὁ φυσιολόγος*, a *Galeno* [23]) et *Simplicio* [24]) *ποιητὴς*, a *Suida* [25]) et *Eudocia ἐποποιός*. Eius *ποίησιν* memorat *Theodoretus* [26]) et *τὴν φιλόσοφον Ἐμπεδοκλέους ποιητικὴν Clemens Alexandrinus* [27]). Aliqua circa rhetoricen primus mouisse dicitur a *Quintiliano* [28]) et *Sexto Empirico* [29]), h. e. rhetoricen inuenisse,

Chronicon Paschale locis laudatis, et *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 599. B. *Iamblichus* vit. Pythag. §. 166. *περὶ τῶν φυσικῶν ὅσοι τινὰ μνείαν πεποίηνται, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην προφερόμενοι τυγχάνουσιν.*

22) poetic. 1. ethic. Eudem. 7, 1. Cf. *Simplic.* ad *Aristot.* de coelo 3. p. 145. b.

23) de Hippocratis et Platonis decretis lib. 2. extr. T. I. p. 264. ed. Bas.

24) ad *Aristot.* de coelo 2, p. 129. Cf. *Diog. Laert.* 9, 22.

25) in v. *Ἐμπεδοκλῆς*. Cf. §. 6. not. 101.

26) de curat. Graec. affect. diss. X. T. IV. p. 952.

27) stromm. 5, p. 607. B. Sic *Quintilianus* 1, 4, 4. Empedoclem ponit in eorum numero, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt; et *Plutarchus* de Pythiae oraculis c. 18. T. II. p. 402. E. *πρότερον*, inquit, *ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.*

28) 3, 1, 8.

29) adv. Mathematt. 7, 5. Hae formulae: *ῥητορικὴν κεκινηκέναι*, et *aliqua circa rhetoricen mouisse*, comparari possunt cum verbis *Achillis Tatii* in introduct. in *Aratum* c. 31. extr. vbi Parmenides traditur primus *περὶ τῶν ζώνων κινῆσαι λόγον*. item cum his *Plutarchi* consolat. ad

Digitized by Google

vt interpretatur *Diogenes Laertius* [30]), denique a *Suida* **) et *Eudocia* ***) videtur inter sophistas referri, qui Athenis versarentur. Verba sunt: *Ἄκρων, Ἀκραγαντῖνος, ἰατρός. — ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις ἅμα Ἐμπεδοκλεῖ.*

Iam de philosophia Empedoclis physicaeque peritia dicendi locus infra potissimum erit, vbi de placitis eius disserere constitui. De eiusdem vero poesi non omnes idem sensisse hic monere visum est. *Lucretius* [31]) enim in-

Apollon. T. VII. ed. *Hutten.* p. 357. *ταῦτα δ' ἐκίνησαν οἱ ποιηταί.*

30) 8, 57. et 9, 25. Vtroque loco dicit, ut *Sextus* l. l. se hoc narrare *Aristotele* auctore, et *Turnebus* ad *Quintilian.* l. l. annotauit haec: „vt ait Aristoteles in fine elenchorum: *πρῶτος εὗρε τὴν ῥητορικήν.*" Sed hodie nihil eius rei legitur in Aristotele, et *Laertius* 8, 57. vt *Eudocia* p. 170. (Cf. p. 204.) non nisi haec habet: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ σοφιστῇ φησι, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν.* Cf. *Voss.* de rhetoricae natura c. 9.

**) in v. *Ἄκρων.*

***) p. 49.

31) 1, 717. sqq. Verba sunt:

Empedocles est,
Insula quem Triquetris terrarum gessit in oris, —
Quae cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, visendaque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virûm vi:
Nil tamen hoc habuisse viro praeclarius in se,
Nec sanctum magis, et mirum, carumque videtur.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, et exponunt praeclara reperta,
Vt vix humana videatur stirpe creatus.

Digitized by Google

signibus laudibus extollit Empedoclem ob egregium eius poema, vt a *Cicerone* [32]) et *Censorino* [33]) vocatur. Contra *Origenes* [34]) videtur facultatem eius poeticam minoris facere, vt *Aristoteles* [35]), idoneus alias harum rerum iu-

32) de orat. 1, 50.

33) de die natali 4. p. 19.

34) contra Cels. 7, p. 359.

35) poetic. 1. *οὐδὲν κοινόν ἐστι Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διὸ ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν· τὸν δὲ, φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν.* Similia sunt, quae leguntur in Scholiis ad *Dionysii τέχνην*, ap. *Villoison.* anecdot. Graec. T. II. p. 172. *ποιητὴς δὲ, ὁ τοῖς τέσσαρσι τούτοις κεκοσμημένος, μέτρῳ, μύθῳ, ἱστορίᾳ, καὶ ποιᾷ λέξει. καὶ πᾶν ποίημα, μὴ τούτων τεσσάρων μετέχον, οὐκ ἔστι ποίημα. ἀμέλει τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τοὺς περὶ ἀστρολογίας εἰπόντας, οὐ καλοῦμεν ποιητὰς, εἰ καὶ μέτρῳ ἐχρήσαντο, διὰ τὸ μὴ χρήσασθαι αὐτοὺς τοῖς τῶν ποιητῶν χαρακτηριστικοῖς.* Et ap. *Menandrum Rhetorem* de encomiis c. 5. p. 39. sq. ed. *Heeren*, Goetting. 1785. 8. Primo enim monet, *ὅτι ἐλάχιστα μὲν τοῖς ἀσφαλεστέροις* (h. e. *qui altiores spiritus ducunt*) *τὸ εἶδος* (np. hymnorum physicorum) *ἁρμόττει, μάλιστα δὲ τοῖς ψυχροτέροις καὶ μεγαλονουστέροις. Ἔπειτα ὅτι ποιηταῖς μᾶλλον ἢ συγγραφεῦσιν καὶ λογογράφοις καὶ πολιτικοῖς ἁρμόττουσιν. Εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα, καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. Οἱ δὴ τοιοῦτοι ὕμνοι φυσιολογικοί. Χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀκριβῶς. — Αὐτῶν δὲ τῶν φυσικῶν οἱ μὲν ἐξηγηματικοὶ, οἱ δὲ ἐν βραχεῖ προαγόμενοι. — Παρμενίδης μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς*

Digitized by Google

dex, quem quodammodo, sed tantum ambigue, sequuntur *Plutarchus* [36]) et *Lactantius* [37]). Sed tamen non spernendum poetam fuisse nostrum, et *Hurdius* [38]) fatetur, et plurimi eius loci declarant, quos vel ab ipso *Aristotele* vel ab aliis seruatos infra collectos dabo. Neque leue argumentum fuerit, quod oraculorum sacerdotes carmina sua dicuntur non ipsi diuino spiritu afflati protulisse, sed συλῶντες ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους ποιήσεως, auctore *Theodoreto* [39]). Nec obstare videtur meae sententiae, quod Empedocles ab *Aristotele* [40]) vocatur Ὁμηρικὸς,

ἐξηγοῦνται. Sic Empedocles a *Themistio* orat. 5. ad Iouianum p. 70. A. ed. *Harduin.* dicitur τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖσθαι. Cf. paulo post not. 46.

36) de audiendis poetis T. II. p. 16. C. τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος λόγοι (sermones) εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον, καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν.

37) 2, 12. „Empedocles, quem nescias vtrumne inter poetas, an inter philosophos numeres." Cf. *Vossius* de artis poeticae natura c. 2. §. 1. et 8. c. 3. §. 16.

38) commentar. ad *Horat.* art. poet. T. II. p. 7. sq. e versione Germanica a Cel. *Eschenburgio* facta, et edita Lips. 1772. 8. *Franc. Patricius* della Poetica la Deca istoriale, Ferrar. 1586. 4. per totum librum septimum id agit, vt Empedoclem ipsi Homoro praeferendum esse demonstret. Quod mihi quidem non probatur.

39) in illo loco, quem not. 26. indicaui.

40) ap. *Diog. Laert.* 8, 57.

Digitized by Google

quodque, vt supra ostendimus, quaedam ex Homeri carminibus sua fecit. De quo certe non putauerim eum reprehendendum, nisi poetas reliquos fere omnes eiusdem criminis accusauerimus. Laudandus potius est, qui, vbi semel alium imitari conatur, vel alius ideam sequitur, ita rem suam agit, vt nihil, quod deceat poesin, praetermittat, non tamen committens, vt plagii reus agi recte possit. Hae aliaeque virtutes quin conueniant in Empedoclem, nemo facile, opinor, dubitabit, qui tam ad philosophorum illius aetatis consuetudinem [41]) satis respexerit, quam ipsas eius librorum reliquias diligenter cognouerit, non neglectis verbis *Diogenis Laertii* [42]), etiam ab *Eudocia* p. 170. repetitis: *Ἀριστοτέλης — ἐν τῷ περὶ ποιητῶν φησιν ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος.* *Eudocia* et Codex *Diogenis* Vindobonensis LIX. habent *ἐπιτάγμασι χρ.* Sed *Ioach. Kühnius τὰ περὶ ποιητ. ἐπιτεύγματα* bene interpretatur *ingenium, venam, artesque feliciter tractandi poeticam.* Quae simul demonstrant, mentem loci Aristotelici not. 35. allati non aliam esse posse, nisi hanc, vt

41) de qua *Plutarchi* verba attuli not. 27.

42) 8, 57.

Digitized by Google

Empedoclem iudicet poetam inferiorem fuisse Homero.

Vt autem nec in rhetoricam parua fuisse eius merita existimemus, praeter locos supra commemoratos faciunt alii. Etsi enim *Aristotele* [43]) auctore interdum vsus est verbis ambiguis, et quanquam *Iamblichus* [44]) eum scripsisse ait οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημώδει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εἰωθυίᾳ λέξει, ἀλλὰ διὰ συμβόλων, *Simplicius* [45]) item αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις, quod sane non decere videtur carmen didascalicum [46]), tamen eum defendi,

43) art. rhetor. 3, 5. vbi, postquam dixit, non vtendum esse τοῖς ἀμφιβόλοις, addit haec: ταῦτα δὲ, ἂν μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται, ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηδὲν μὲν ἔχωσι λέγειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Verba ἐν ποιήσει *Antonius Riccobonus* vertit: *de industria*, quam versionem etiam *Scipio Aquilianus* p. 143. videtur secutus esse. Alii interpretantur: *poetico more*. v. Cel. *Buhle* ad h. l. Vol. IV. p. 514.

44) vita Pythag. §. 104.

45) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 32. Idem ad *Aristot.* phys. 1, p. 5. b. Empedoclem annumerat iis philosophis, qui discernant quidem τὰ φυσικὰ ἀπὸ τῶν ὑπὲρ φύσιν, sed τῇ ἀσαφείᾳ λανθάνοντες τοὺς πολλούς.

46) *Diomedes* de oratione et partibus orationis et vario genere metrorum lib. 3. p. 480. ed. *Putsch.* in Grammaticis veteribus: Didascalice est, qua comprehenditur philosophia Empedoclis et Lucretii.

Digitized by Google

certe excusari, recte posse arbitror. Nam symbolica illa et allegorica scribendi ratio, a Pherecyde Syrio fortassis inuecta [47]), omnibus Pythagoreis, vt modo e *Simplicio* docuimus, vsitata fuit, ne placita ipsorum cuilibet e vulgo sine negotio innotescerent, neque adeo aut in iis, qui minus recte ea intellexissent, damnorum atque turbarum causae essent, aut philosophiae studium, tanquam vile nec multo admodum labore dignum aut indigens, contemnendi occasionem praeberent. Quo pertinet, quod *Menander* *) hanc diserte poetis physicis legem scribit: ἐπιτηρεῖν δὲ χρὴ, καὶ μὴ εἰς τὸν πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον ἐκφέρειν τοὺς τοιούτους ὕμνους. ἀπιθανώτεροι γὰρ καὶ καταγελαστικώτεροι τοῖς πολλοῖς φαίνονται. Quin alios quoque philosophos ab hac ratione non alienos fuisse, ipsius *Aristotelis* in metaphysicis exemplum docet [48]). Itaque cum non rudibus ac prorsus ignaris, sed intelligentibus et exercitatis scriberet Empedocles, non opus erat vt omnia repeteret, dilucideque traderet, quae lectoribus, quos animo informasset, poneret cognita esse. Deinde, si statuamus, eum

47) v. quae dixi ad *Pherecyd.* p. 27.

*) l. l. p. 41.

48) v. *Fabric.* B. G. Vol. II. p. 147. (Vol. III. p. 255. ed. *Harles.*)

Digitized by Google

arcanas doctrinas Pythagoricas in carminibus suis euulgasse, de qua eius λογοκλαπεία infra dicetur, manifestum est, ei ne licuisse quidem, quamuis vellet, perspicue luculenterque omnia dicere, ne nimium Pythagoreorum sibi contraheret odium. Denique non nimis eum obscure scripsisse, demonstrant ipsae, quae ab antiquis auctoribus seruatae extant, eius operum reliquiae. Saltem Pherecydes multo scripsit obscurius. *Dionysius* quidem *Halicarnassensis* [49]) austerae harmoniae, i. e. συνθέσεως s. orationis structurae, studiosum fuisse Empedoclem iudicat, et *Eustathius* [50]) ei tribuit δριμύτητα. Sed *Dionysium* saltem, cum ita iudicaret, non reprehendendi animum habuisse, ex eo facile perspicimus, quod eiusdem harmoniae amantes fuisse testatur viros magnos alios, vt Antimachum Colophonium [51]), Pindarum, Aeschylum, Thucydidem, qui tamen vix ea ratione, qua paulo ante Empedoclem defendere conatus sum, excusari videntur posse, quanquam austera orationis structura non neces-

49) περὶ συνθέσεως ὀνομάτων c. 22. T. V. p. 150. ed. *Reisk.* vbi αὐστηρὰ ἁρμονία vocatur ὀλιγοσύνδεσμος, ἄναρθρος, ἐν πολλοῖς ὑπεροπτικὴ τῆς ἀπολουθίας, ἥκιστα ἀνθηρὰ, ἀπόμψευτος etc.

50) ad Odyss. *v*, p. 1881, 27.

51) Cf. *Antimachi Colophonii* reliquiae, collectae a Doct. *Schellenbergio*, Hal. 1786. 8. p. 42.

Digitized by Google

sario est coniuncta cum obscuritate. Empedoclem vero non eo quod nesciret, esse virtutem orationis, aperte luculenterque scribere, sed ob rationes supra redditas obscuritati interdum studuisse, docent verba *Tzetzis* [52]) et incerti cuiusdam scriptoris Graeci, quem *Matthaeum Camariotam* nonnulli appellant [53]). Vterque enim dicit, eum vt Isocratem, Alcidamantem, Dionysium Halicarnassensem aliosque statuisse quatuor orationis virtutes [54]): σαφήνειαν, συντομίαν, πιθανότητα, μεγαλοπρέπειαν. Ipse Empedocles reprehendit vitium luculentae orationi contrarium hoc versu [55]):

Νημερτὴς τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Tzetzes l. l. legit μελάγκορος. Sed μελάγκαρπος est haud dubie praeferendum.

52) Chill. 12, 575. sqq.

53) in *Schefferi* lectionibus academicis, Hamb. 1675. 8. siue, quod idem est, in *Schefferi* miscellaneis, Vpsal. 1697. 8. siue Amst. 1698. 8. p. 24.

54) Tres tantum statuit *Schol. Homer.* Il. ε, 9. σαφήνειαν, συντομίαν, καὶ πιθανότητα. Sed plerique quatuor, (v. *Scheffer.* ad *Camariotam* p. 85. sq.) alii septem et plures. v. *Ioh. Ge. Walchii* diss. de stilo Phaedri §. 10.

55) quem seruauit *Plutarchus* de animi tranquillitate, T. II. p. 474. B. Eodem modo *Quintilianus* 1, 6, 41, 2, 3. 8. et 8, 2, 22. perspicuitatem vocat primam et summam orationis eloquentiaeque virtutem.

Digitized by Google

Nam apud *Theophrastum* [56]) vtitur noster nomine similiter composito, ἐμπεδόκαρπα, et vocabulum μελάγκαρπος fundit sensum facilem et aptum: *atros fructus ferens*, i. e. *inutilis*, *iniucunda*, *pessima mala inuehens*. Fructus enim cariosi et putridi sunt fere iidem atri, nec esu suaues, neque vtiles, imo perniciosi. Empedocles autem vti solitus est epithetis significantioribus, quod disertis verbis dicit *Plutarchus* [57]): τοῦ ἀνδρὸς οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων, ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι, τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος, ἀλλ' ἕκαστον οὐσίας τινὸς ἢ δυνάμεως δήλωμα ποιοῦντος· οἷον, ἀμφιβρότην χθόνα, τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα· καὶ νεφεληγερέτην τὸν ἀέρα, καὶ πολυαίματον τὸ ἦπαρ. Qualia epitheta quin sint in viro graui et philosopho quam maxime laudanda, et perspicuitatem egregie adiuuent, quis est qui dubitet? [58]) Ita simul apparet, Empedoclem recte a *Satyro* [59]) vocari ῥήτορα ἄριστον, nempe

56) de causis plantarum 1, 14.

57) sympos. 5, 8. Cf. *Cael. Rhodigini* lectiones antiquae 29, 23. p. 1649. F. ed. Frcf. et Lips. 1666. fol.

58) *Quintilian.* 8, 2, 11. „Possunt videri verba, quae „plus significant, quam eloquuntur, in parte ponenda per„spicuitatis: intellectum enim adiuuant."

59) ap. *Diog. Laert.* 8, 58. et *Eudociam* p. 169.

Digitized by Google

pro illa aetate. Idem *Satyrus*, vt *Quintilianus* [60]) et *Suidas* [61]), Gorgiam Leontinum, nobilissimum rhetorem, Isocratis et Alcidamantis in arte eloquentiae magistrum, narrant Empedoclis discipulum fuisse. Quod et ipsum non leue argumentum est praeclarae, qua noster valuit, artis dicendi peritiae. Lubet hic ponere verba *Olympiodori* e prolegomenis in scholia ad *Platonis* Gorgiam MSS. quae reperiuntur in bibliotheca episcopali Cizensi: *ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων ἦσαν· ὁ μὲν Σωκράτης, ἐπὶ τῆς οβ̄ Ὀλυμπιάδος τῷ ιγ̄* (leg. *γ̄*) *ἔτει* [62])· *ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Πυθαγόρειος, ὁ διδάσκαλος Γοργίου, ἐφοίτησεν παρ' αὐτῷ. ἀμέλει καὶ γράφει ὁ Γοργίας περὶ φύσεως σύγγραμμα οὐκ ἄκομψον, τῇ πδ̄ Ὀλυμπιάδι. ὥστε κη̄ ἔτεσιν ἢ ὀλίγῳ πλείοσιν εἶναι πρῶτον* (fort. *πρότερον*) *τὸν Σωκράτην. ἄλλως τε* (fort. *δὲ*) *φησὶν ἐν Θεαιτήτῳ* [63]) *ὁ Πλάτων, ὅτι νέος ὢν κομιδῇ ἐνέτυχον Παρμενίδῃ ὄντι πάνυ πρεσβύτῃ. — οὗτος δὲ ὁ Παρμενίδης, διδάσκα-*

60) 3, 1, 8.

61) in v. *Γοργίας* et *Ἐμπεδοκλῆς*. Cf. Schol. in Platon. p. 107. ed. *Ruhnken*.

62) Etiam *Corsinus* fastt. Att. T. II. p. 46. sqq. Socratem dicit natum esse Olymp. 77, 3.

63) T. I. p. 183. E.

Digitized by Google

λος ἐγένετο Ἐμπεδοκλέους, τοῦ διδασκάλου Γοργίου. Corruptum esse hunc locum, quilibet intelligit sponte, et leuiora quaedam iam correxi. Quod vero Empedocles h. l. dicitur Socratis auditor fuisse, id plane nouum est, non tamen, si contuleris, quae §. 3. et paulo ante retulimus, Empedoclem etiam Athenis commoratum legi, prorsus a fide alienum. Dum vero certiora inuenta fuerint, liceat suspicari, ab *Olympiodoro* per errorem memoriae confusos fuisse Socratem et Parmenidem. Hunc enim, non illum, audiuisse Empedocles narratur. Caeterum prima verba: ἐπὶ τῶν αὐτῶν — ἐφοίτ. παρ' αὐτῷ, iam ante me edidit *Leo Allatius* [64]).

§. 5.

Praeter poesin et eloquentiam etiam magiae, artis medicae et musicae peritus fuisse legitur Empedocles. Cum magis quidem eum versatum esse supra (§. 3.) diximus, et *Apuleio* [1]) auctore magiae suspectum fuit illud opus Empedocleum, quod Καθαρμοὶ inscriptum est. Τερατολογίαι ei tribuuntur a *Cedreno* [2]).

64) in Dialogo de scriptis Socratis, quem vna cum *Socratis*, *Antisthenis* et alior. Socraticor. epistolis, ab ipso notis illustratis, edidit Paris. 1637. 4. p. 116.

1) apolog. p. 291.

2) T. I. p. 157.

Digitized by Google

Eidem *γοητεύοντι* adfuisse se dixit, *Satyro* [5]) teste, Gorgias, et *γόης* appellatur Empedocles a *Suida* [4]). Iam quamuis criminationes istae non tam *Satyri*, viri docti et fide non indigni, quam *Gorgiae Leontini* auctoritate nitantur, qui quam vanus et iactabundus homo fuerit, satis notum est *), tamen haec vocabula quam late pateant, ostendendum videtur. Scilicet vt taceam de vocabulis *μαγεία* [5]) et *τέρας* [6]), no-

3) ap. *Diog. Laert.* 8, 59.

4) in v. *ἄπνους*. Praetermittendus tamen non est locus *Philostrati* vit. Apollon. 1, 2. p. 3. *Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Πυθαγόρας αὐτὸς καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες μάγοις,— οὔπω ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ.* Videtur enim, modo pro *τῇ τέχνῃ* reposueris *τῆς τέχνης*, ita vertendus: *quamuis cum magis conuersati, tamen nondum a quoquam accusati sunt exercitae artis magicae.* Vel potius verba *οὔπω — τέχνῃ* vertenda sunt: *non ideo, non vtique* (cf. *Ernest.* ad *Xenoph.* memm. 3, 14, 2.) *didicerunt s. exercuerunt illam artem*, vt *ὑπάγεσθαι* cum Latino *subigi* comparetur. *Eusebius* contra Hieroclem p. 540. D. respicit ad hunc locum, et nonnulli in Eusebio legunt *τέχναις*.

*) v. quos laudat Ill. *Harles* ad *Fabric.* bibl. Gr. Vol. II. p. 805. sq.

5) In *Platonis* Alcibiade I. T. II. p. 122. A. *μαγεία* explicatur *θεῶν θεραπεία*, quae verba *Ammianus Marcellinus* 23, 6. p. 294. ed. *Ernest.* reddit *diuinorum incorruptissimum cultum*, do quo loco praeter *Lindenbrogii* notas legendus est *Chr. Falsterus* in supplemento linguae latinae, Flensb. 1717. 8. p. 209. *Apuleius* in apologia p. 290. „si, quod ego apud „plurimos lego, Persarum lingua Magus est, qui nostra „sacerdos, quod tandem est crimen, sacerdotem esse, et

Digitized by Google

men γόης et nomina ex eo ducta accipiuntur varie. *Hesychius*: γόης· μάγος, κόλαξ, περίεργος. it. γοητεύει· ἀπατᾷ, μαγεύει, πείθει, φαρμακεύει. it. γοητικόν· ἀπατηλὸν, μαγικὸν, τὸ δι' ἐπαοιδῶν ἐσκευασμένον. *Suidas*: γόης· κόλαξ, περίεργος, πλάνος, ἀπατεών. *Hesychius*: μαγεύειν· γοητεύειν, θεραπεύειν θεούς. *Georgius Lecapenus* 7): γοητεύω· τὸ ἐπάγομαι καὶ ἀπατῶ καὶ φενακίζω. γοητεύω καὶ τὸ διὰ μαγγανείας ἐπάγω. *Glossaria vetera*: γοητεία, ἐπὶ

„rite nosse atque scire atque callere leges cerimoniarum, „fas sacrorum, ius religionum?" Mox idem verba *Platonis* allata ita explicat: *artem diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet et diuiniscientem.* Cf. omnino *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. 2, 17. et *Brucker.* hist. crit. philosophiae T. I. p. 125. sqq. 136. sqq. 160. sqq.

6) Glossae in epistolas Apostolicas, primum editae in Cel. *Matthaei* lectionibus Mosquensibus Vol. II. Lips. 1779. 8. p. 61. τεράτων· θαυμάτων. Lexicon A. et B. ibidem p. 78. τέρας· πρᾶγμα ὑπὲρ τὸ θαῦμα καὶ ἔκπληξιν τοῖς ὁρῶσι παρέχον, ἢ τὸ παρὰ φύσιν γενόμενον. Suidas: τερατολογεῖν λέγεται τὸ ἀπίθανα διηγεῖσθαι, καὶ λέγειν πράγματα ἔξω τῶν ἀνθρωπίνων. it. τερατολογίαι· οἱ θαυμασταὶ καὶ παράδοξα μυθεύοντες. Similiter ap. *Philostrat.* l. l. Empedocles, Pythagoras ac Democritus dicuntur πολλὰ δαιμόνια εἰπόντες, vbi *Olearius* vocabulum δαιμόνια recte vertit *paradoxa.*

7) in grammatica, cuius excerpta leguntur in *Matthaei* lectt. Mosquens. Vol. I. p. 60.

Digitized by Google

κολακείας, *blanditiae.* It. γοητεύω, κολακεύω, *blandior.* Ex his aliisque locis patet, nomina γόης et μάγος primitus fere idem significasse et bono sensu dicta fuisse de *religioso* atque adeo *sacerdote* [8]). Vnde non raro iuncta reperiuntur in antiquis scriptoribus nomina μάγος et γόης [9]), vt vocabulum γοητεία cum vocabulo μαγγανεία commutatum [10]), et *Wesselingius* [11]) videtur recte, etsi auctoritate carens, viri docti sententiam comprobasse, qui fieri potuisse putabat, vt magi inter Persas honoratiores, sub se γόητας, *vilioris conditionis sacrificos,* habuerint. Quia vero nihil olim fuit sacerdotibus curiosius, quippe qui se omnibus immiscere vtile sibi putarent, facile patere cuique puto, quomodo γόης ex vsu loquendi

8) Sic ap. *Lucian.* de astrologia iunguntur γοητία καὶ ἱερολογία.

9) vt ap. *Epiphan.* p. 29. ed. Basil. 1544. fol. Simon mox μάγος, mox γόης dicitur. ap. *Plutarch.* de superstit. c. 12. componuntur γοητεῖαι καὶ μαγεῖαι. Et *Schol. in Platon.* p. 34. ed. *Ruhnken.* ὁ ἔρως γόης, καὶ ἡ φύσις ὑπό τινων μάγος πέπλασται, *Aeschines* contr. Ctesiphont. p. 530. ed. *Reisk.* coniunxit itidem, quanquam alio sensu, nomina μάγος καὶ γόης.

10) *Suidas*: μαγγανεία· ἡ γοητεία. *Plato* de legib. lib. 10. T. II. p. 908. D. dicit μαγγανείαν, p. 909. B. γοητεύοντες. Similiter inter se commutat illa verba *Chrysostomus.* v. not. 15.

11) ad *Herodot.* 7, 191.

Digitized by Google

poni interdum ita potuerit, vt idem esset qui περίεργος atque *ardelio*. Eodem modo cum sacerdotes multi variis fraudibus aliisque malis artibus, etiam adulando assentandoque, imperitam plebeculam deciperent, nata est tertia vocabuli notio, vt eo significaretur κόλαξ [12]) et πλάνος et ἀπατεών [13]). Postea cum idem hominum genus, quos deinde alii sunt secuti, vt illuderent multitudini honoresque sibi pene diuinos tribuerent, non sufficere amplius intellexissent artes et fraudes adhuc adhibitas, coeperunt alio modo sibi prospicere, nimirum ita, vt vel variis fallacibus visis oblatis oculos animosque aliorum praestringerent [14]), vel se

12) *Moeris*: γόης, Ἀττικῶς· κόλαξ, Ἑλληνικῶς. vbi v. *Pierson*. Sic fere *Lucian*. dial. inter Diogenem et Alexandrum, vbi de Aristotele: Ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος — γόης ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης.

13) *Timaeus* gloss. Platon. γόητες· οἱ ἀπατεῶνες. Videntur huc pertinere, quae ex *Polyaeno* Atheniensi de statua Amenophis s. Memnonis Aegyptii narrat *Syncellus* chronograph. p. 151. ὃν λίθον χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ὁ Περσῶν τέμνει, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ.

14) *Herodot*. 4, 105. κινδυνεύουσι οἱ ἄνθρωποι οὗτοι (Neuri) γόητες εἶναι. λέγονται γὰρ — ὡς ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠυτὸ κατίσταται. *Plutarch*. de defectu oraculor. c. 13. ἐκείνων (Thessalorum) ἐν γυναικὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὥς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς, ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. Cf. quae

Digitized by Google

cum bestiis posse colloqui [15]), vel corporis sui odore serpentes fugare [16]), vel imperium in daemonas habere iactarent, a quibus ipsi et

ibi sequuntur, et verba *Herodoti* infra n. 55. posita. Idem *Plutarchus* quaestt. Rom. c. 112. *τὸν πιττὸν — σκιᾷ καὶ χλωρότητος ὄψει χρηπεύοντα τοὺς πολλούς.* de solertia animm. T. III. p. 1770. ed. *Steph.* *ἡδονῆς τὸ μὲν δι' ὥτων ὄνομα, κήλησίς ἐστι· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, χαριτεία. χρῶνται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θηρία. — ὁ ὦτος ἁλίσκεται χαριτευόμενος.* *Plato* lib. 2. de rep. T. II. p. 380. D. *ἆρα χρήτα τὸν θεὸν οἴει εἶναι, καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις;* etc. Idem *Plato* l. l. p. 381. E. *οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ χαριτεύοντες.* Cf. lib. 10. T. II. p. 602. D. Sic Cyrus ap. *Xenoph.* Cyrop. 8, 1, 14. putasse legitur, principes oportere ciues sibi subiectos *καταχαριτεύειν*, i. e. *splendore externo delinire.*

15) *Chrysostomus* homil. 2. in Ioh. 2. T. VIII. p. 9. sq. *Πυθαγόρας τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ χαριτείας κινήσας εἴδη μυρία· τὸ γὰρ βουσὶ διαλέγεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτό φασιν αὐτὸν πεποιηκέναι· οὐδὲν ἕτερον ἢ χαριτείας ἦν. — ἐκεῖνος ἀετοῖς μὲν καὶ βουσὶ διελέγετο, καθάπερ φασὶ, χαριτεύων· — οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο· ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα.*

16) *Hesych*: *Ψυλλικὸς χόης· ὁ τῶν Ψύλλων. οἱ δὲ Ψύλλοι, ἔθνος Λιβύης.* Scil. auctore *Plinio* H. N. 7, 2, horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, vt cuius odore sopirent eas. Qui igitur eandem corporis sui facultatem iactabat, is nominabatur *Ψυλλικὸς χόης.* Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 246. omninoque *Aelian.* hist. animm. 16, 27. et 28. vbi etiam legitur *καταχαριτεύειν τὸ δεινὸν τῷ σιάλῳ.*

Digitized by Google

adiuuarentur in rebus arduis, et futura etiam cognoscerent [17]). Sed cum duplicis generis putarentur daemones, bonorum daemonum inuocatio ad bonam aliquam rem perficiendam facta vocabatur *μαγεία* [18]), sed *γοητεία* com-

17) *Plato* sympos. T. III. p. 202. E. *ἡ μαντικὴ πᾶσα, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν.* Add. *Euseb.* praep. euang. 4, 1. p. 131. sq.

18) *Suidas: γοητεία, μαγεία, καὶ φαρμακεία, διαφέρει, ἅπερ ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι· μαγεία μὲν οὖν ἐστιν, ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. — γοητεία δὲ, ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος.* (Quae vnde hauserit Suidas, docet *Fabricius* bibliograph. antiquar. p. 601. ed. *Schaffshausen.*) Eadem praecipit *Eudocia* p. 41. nisi quod dicit: *γοητεία δέ ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων ἐπὶ κακοῦ τινος σύστασιν· γοητεία δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν γόων* etc. Etiam *Ammonius* et *Thom. Mag.* in *φαρμ.* Similia tradunt *Phauorinus* in v. *γοητεία* et *γόητες*, et vetus lexicon in Bibliotheca Coisliniana p. 236. item anonymus in prolegomenis rhetoricis, quae *Fabricius* inseruit biblioth. Gr. Volumini IX. p. 594. qui in praefatione ostendit, nominari in Codice aliquo MS. *Troilum* Sophistam libri illius auctorem. it. *Scholia Villoisoniana* ad Il. *α*, 86. De etymologia consentit *Cedrenus* p. 41. *γοητεία καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γενομένων.* Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* 7, 191. et *Camerar.* de generibus diuinationum p. 111. ed. Lips. 1575. 8. vbi *γοητείας* dictas

Digitized by Google

cum bestiis posse colloqui [15]), vel corporis sui odore serpentes fugare [16]), vel imperium in daemonas habere iactarent, a quibus ipsi et

ibi sequuntur, et verba *Herodoti* infra n. 55. posita. Idem *Plutarchus* quaestt. Rom. c. 112. τὸν πιττὸν — σκιᾷ καὶ χλωρότητος ὄψει γοητεύοντα τοὺς πολλούς. de solertia animm. T. III. p. 1770. ed. *Steph.* ἡδονῆς τὸ μὲν δι' ὥτων ὄνομα, κήλησίς ἐστι· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία. χρῶνται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θηρία. — ὁ ὦτος ἁλίσκεται γοητευόμενος. *Plato* lib. 2. de rep. T. II. p. 380. D. ἆρα γόητα τὸν θεὸν οἴει εἶναι, καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις; etc. Idem *Plato* l. l. p. 381. E. οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες. Cf. lib. 10. T. II. p. 602. D. Sic Cyrus ap. *Xenoph.* Cyrop. 8, 1, 14. putasse legitur, principes oportere ciues sibi subiectos καταγοητεύειν, i. e. *splendore externo delinire.*

15) *Chrysostomus* homil. 2. in Ioh. 2. T. VIII. p. 9. sq. Πυθαγόρας τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ γοητείας κινήσας εἴδη μυρία· τὸ γὰρ βουσὶ διαλέγεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτό φασιν αὐτὸν πεποιηκέναι· οὐδὲν ἕτερον ἢ γοητείας ἦν. — ἐκεῖνος ἀετοῖς μὲν καὶ βουσὶ διελέγετο, καθάπερ φασὶ, γοητεύων· — οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο· ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα.

16) *Hesych*: Ψυλλικὸς γόης· ὁ τῶν Ψύλλων. οἱ δὲ Ψύλλοι, ἔθνος Λιβύης. Scil. auctore *Plinio* H. N. 7, 2, horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, vt cuius odore sopirent eas. Qui igitur eandem corporis sui facultatem iactabat, is nominabatur Ψυλλικὸς γόης. Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 246. omninoque *Aelian.* hist. animm. 16, 27. et 28. vbi etiam legitur καταγοητεύειν τὸ δεινὸν τῷ σιάλῳ.

Digitized by Google

adiuuarentur in rebus arduis, et futura etiam cognoscerent [17]). Sed cum duplicis generis putarentur daemones, bonorum daemonum inuocatio ad bonam aliquam rem perficiendam facta vocabatur *μαγεία* [18]), sed *γοητεία* com-

17) *Plato* sympos. T. III. p. 202. E. *ἡ μαντικὴ πᾶσα, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν.* Add. *Euseb.* praep. euang. 4, 1. p. 131. sq.

18) *Suidas: γοητεία, μαγεία, καὶ φαρμακεία, διαφέρει, ἅπερ ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι· μαγεία μὲν οὖν ἐστιν, ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. — γοητεία δὲ, ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος.* (Quae vnde hauserit Suidas, docet *Fabricius* bibliograph. antiquar. p. 601. ed. *Schaffshausen.*) Eadem praecipit *Eudocia* p. 41. nisi quod dicit: *γοητεία δέ ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων πανοποιῶν περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων ἐπὶ πανοῦ τινος σύστασιν· γοητεία δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν γόων* etc. Etiam *Ammonius* et *Thom. Mag.* in *φαρμ.* Similia tradunt *Phauorinus* in v. *γοητεία* et *γόητες*, et vetus lexicon in Bibliotheca Coisliniana p. 236. item anonymus in prolegomenis rhetoricis, quae *Fabricius* inseruit biblioth. Gr. Volumini IX. p. 594. qui in praefatione ostendit, nominari in Codice aliquo MS. *Troilum* Sophistam libri illius auctorem. it. *Scholia Villoisoniana* ad Il. *α*, 86. De etymologia consentit *Cedrenus* p. 41. *γοητεία παλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γενομένων.* Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* 7, 191. et *Camerar.* de generibus diuinationum p. 111. ed. Lips. 1575. 8. vbi *γοητείας* dictas

Digitized by Google

plectebatur *incantationes geniorum malorum cum sacrificiis coniunctas* [19]), et *euocationes daemonum atque manium ex inferis* [20]). Hae videntur fuisse fere praecipuae vocabuli γόης et eorum, quae ab illo descenderunt, notiones. Sed cum ex iis, quae dicta sunt, satis appareat, nomen γόης et cognata fere semper in malam partem

putat ab tristi imploratione virium potentiorum. Sed *Io. Dan. a Lennep* in Etymologico linguae Graecae P. I. Trai. ad Rhen. 1790. 8. p. 216. nomen γόης ortum putat a γόω, cui vicina sint γάω et γέω, quibus p. 205. tribuit *extendendi, explicandi, hiscendi, patendi, cupiendi* et similes notiones; fatetur tamen, sibi latere translationis rationem. *Philostratus* vit. Apollon. 10, 12. οἱ γόητες — οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων χωροῦντες, οἱ δ' ἐς θυσίας βαρβάρους, οἱ δὲ εἰς τὸ ἐπᾷσαί τι ἢ ἀλεῖψαι, μεταποιεῖν φασι τὰ εἰμαρμένα. Plura legi possunt ap. *Platonem* lib. XI. de legib. T. II. p. 932. sq. et *Euseb.* praep. euang. 5, 8. sqq.

19) Sic *Plato* lib. 10. de legib. T. II. p. 909. B. τοὺς τεθνεῶτας φάσκοντες ψυχαγωγεῖν, καὶ θεοὺς ὑπισχνούμενοι πείθειν ὡς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς καὶ ἐπῳδαῖς γοητεύοντες. Sic ἐπῳδὸς καὶ γόης iunguntur ab *Euripide* Hippolyt. 1038. et Bacch. 234. it. a *Clem. Alex.* admonit. ad gentes p. 71. D. οἱ τοῖς γόησι πεπιστευκότες, τὰ περίακτα καὶ τὰς ἐπαοιδὰς — ἀποδέχονται. *Schol. in Platon.* p. 131. ed. *Ruhnken.* γόης· παποῦργος.

20) *Plutarch.* quaestt. Roman. c. 61. ἐπικλήσεις καὶ γοητείαι θεῶν. Ibidem c. 95. dicit: πρὸς — τὰς προκλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις. Quae fortasse contineant causam, cur Empedocles abstinere iusserit homines a fabis. Cf. not. 18. Caeterum nec in his verbis constantem reperiri vsum loquendi, apparet e *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. 392.

Digitized by Google

accipi, ita vt *γόης* in plerisque locis verti optime possit *praestigiator* [21]): sane mirandum non est, eadem vocabula procedente tempore translata fuisse ad omnis generis *fraudes* [22]), inprimis *subtiliores*, quibus alii pene stupefacti, et vel voluptuaria quadam titillatione permulsi, vel quasi maleficio affecti, deciperentur, vt nec a veris falsa discernere satis, nec pericula atque incommoda intelligere recte possent. Cuius generis exempla etsi iam obiter admixta sunt superioribus, tamen noua quaedam mihi afferenda arbitror. *Γοητεύειν* igitur dicuntur non solum illi, *qui falsa persuadent aliis non sentientibus*, verisimilia pro veris vendentes, et omni orationis ornatu ac *πι-*

21) Quod praeclare, etiam exemplis allatis, ostendit *Camerarius* in libro laudato p. 111 — 114.

22) Vnde saepe iunguntur cum vocabulis, proprie fraudes significantibus. *Xenophon* anab. 5, 7, 5. *ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας*. *Iosephus* contr. Apion. 2, 14. *τοῦτον* (Mosen) *ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες*. c. 16. Moses *οὐ γόης οὐδ' ἀπατεών*. *Schol. Thucyd.* 2, 39. *ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ γνώμης*. *Clem. Alex.* admonit. ad gentes p. 9. C. tribuit mysteriis *γοητείαν*, sed p. 10. C. *ἀπάτην καὶ τερατείαν*. p. 39. A. dicit: *ὑμᾶς ἄλλῃ γοητείᾳ ἀπατᾷ ἡ τέχνη*. *Plutarch.* de Pythiae oraculis c. 25. *ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψευδομάντεσιν*. in vita Ciceronis c. 17. *ψευδομάντεις καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες*. de superstitione c. 3. *εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες*. Cf. not. 13.

Digitized by Google

θανότητι commendantes [23]), vnde non raro de *sophistis* legitur [24]), sed etiam ii, *qui mo-*

23) *Plato* in Sophista T. I. p. 234. C. *τοὺς νέους διὰ τῶν ὤτων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεινύντας εἴδωλα λεγόμενα περὶ πάντων· ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι, καὶ τὸν δὴ λέγοντα, σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι.* in Menone T. II. p. 80. A. *γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις.* · Cf. in Menexeno T. II. p. 235. A. lib. 10. de rep. T. II. p. 598. D. *Lucian.* dial. inter Alexandrum et Philippum: *ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ προφῆται, κόλακες.* Dicitur etiam de rebus: *Plato* lib. 9. de rep. T. II. p. 584. A. *οὐδὲν ὑγιὲς τούτων τῶν φαντασμάτων πρὸς ἡδονῆς ἀληθειαν, ἀλλὰ γοητεία τις.* *Clemens Alex.* paedag. 2. p. 148. B. *τῶν βρωμάτων, ἃ μὴ πεινῶντας ἡμᾶς ἐσθίειν ἀναπείθει, γοητεύοντα τὰς ὀρέξεις.* Similiter astrologiam, quia fallax est, *Cyrillus Alexandr.* homil. paschal. 14. p. 195. vocat *φιλοψευδῆ καὶ ἀργυροκάπηλον ἀστρογοητείαν.*

24) v. *Cresollii* theatrum rhetorum 1, 13. *Plato* in Sophista T. I. p. 235. A. *περὶ τοῦ σοφιστοῦ — ὅτι τῶν γοήτων ἔστι τις, μιμητὴς ὢν τῶν ὄντων. — εἰς γόητα καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτὸν τινά.* p. 241. B. *ἐὰν αὐτὸν διερευνῶμεν ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες.* in Euthydemo T. I. p. 288. B. *τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν, γοητεύοντε ἡμᾶς.* (Cf. *Plutarch.* lib. de amicor. multitudine extremo.) in Politico T. II. p. 291. C. *τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα.* Cf. p. 303. C. in Symposio T. III. p. 203. D. *δεινὸς γόης, καὶ φαρμακεὺς, καὶ σοφιστής.* *Schol. in Platon.* in *Siebenkeesii* anecdotis graecis (Norimb. 1798. 8.) p. 21. *ὁ αὐτὸς* (np. *σοφιστὴς*) *καὶ γόης, ὡς θέλγων καὶ ψυχὰς τοῖς φυσικοῖς λόγοις* etc. *Diodorus Siculus* 1, 76. *τὰς τέχνας τῶν ῥητόρων, καὶ τὴν τῆς ὑποκρίσεως γοητείαν.* v. ibi

Digitized by Google

uent alios malis artibus et vana persuasione, *vt male agant* [25]). Denique *γοητείαι* vocantur quaecunque *blanditiae et illecebrae*, quibus decipi homines possunt ac solent [26 a]). Iam

Wesseling. Maximus Tyrius diss. 24, 4. *ἐπίβουλον, θηρευτικὸν, φαρμακέα, σοφιστὴν, γόητα.*

25) *Plato* lib. 3. de rep. T. II. p. 412. E. *μήτε γοητευόμενοι μήτε βιαζόμενοι ἐκβάλλουσιν ἐκλανθανόμενοι δόξαν τὴν τοῦ ποιεῖν δεῖν ἃ τῇ πόλει βέλτιστα. Cyrillus Alexandr.* lib. 6. in Iohannem p. 604. *ἀγοήτευτος πενία.*

26 *a*) *Plato* in Phaedone T. I. p. 81. B. *ψυχὴ τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα, καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα, καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές.* v. *Fischer.* ad h. l. p. 339. ed. Lips. 1783. 8. in Philebo T. II. p. 44. C. *τῆς ἡδονῆς τὸ ἐπαγωγὸν, γοήτευμα, ἀλλ' οὐχ ἡδονὴν εἶναι.* lib. 3. de rep. T. II. p. 413. C. *γοητευθέντας* vocat, *οἳ ἂν μεταδοξάσωσιν, ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ ὑπὸ φόβου τί δείσαντες. ἔοικε γὰρ γοητεύειν πάντα, ὅσα ἀπατᾷ.* Cf. quae ibi sequuntur. 2 Maccab. 12, 24. *γοητεία* est *sermo blandiloquus.* Contra ap. *Cic.* ad Attic. 12, 3. *ἀγοητεύτως, non blande.* Inprimis saepe de *meretricum lenociniis ac blandimentis* legitur in veterum libris, quem vocabuli vsum exemplis illustrauit *Dan. Wilh. Trillerus* in Obseruationibus criticis, quae Frcf. 1742. 8. prodierunt, 3, 1. p. 162. Sic *Plutarch.* de audiend. poetis T. VII. opp. ed. *Hutten.* p. 73. *τὸν τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία, καὶ τὴν περὶ τὸν κεστὸν γοητείαν.* p. 74. *τὴν ἀπὸ φαρμάκων καὶ γοητείας, καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν.* de sanitate tuenda p. 380. *τὰς γυναῖκας, ὅσαι φίλτρα μηχανῶνται καὶ γοητείας ἐπὶ τοὺς ἄνδρας.* Sic fere in coniugialib. praeceptis p. 412.

Digitized by Google

quamuis vberiorem horum inuestigationem atque tractationem vtilissimam esse intelligerem, si quaereretur, a quibus veteribus Graecis et quamdiu verba illa, de quibus agimus, ita adhibita fuerint, vt pene idem valerent quod μάγος, μαγεία, μαγεύειν, et quando illa quidem, γόης, γοητεία, γοητεύειν, in deteriorem partem accipi coepta sint, vt dicerentur de incantationibus et inferorum euocationibus, quod recentioribus maxime Platonicis tribuendum putat Cel. *Meiners* *), quando denique constituerint discrimen illud inter μαγείαν et γοητείαν, quamuis item scirem, hoc examen, quippe operosissimum ac difficillimum, et pene ἀδύνατον, nondum a quoquam satis diligenter institutum fuisse [26 b]), quamuis denique fatendum

*) In Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Christi Geburt, Lips. 1782. 8. p. 72. sqq.

26 *b*) Quam ieiuna v. c. et confusa sit horum vocabulorum expositio in *Ioh. Wieri* nobili opere de praestigiis daemonum, et incantationibus ac veneficiis 2, 2. p. 132 — 134. ed. Basil. 1568. 8. vel in *Casp. Peuceri* commentario de praecipuis generibus diuinationum, Witeb. 1572. 8. fol. 138. ipsum lectorem iudicare iubeo. Caeterum si quis plura vocabuli γόης et cognatorum exempla desideret, magna copia est in *Plotini* dissertatione περὶ τοῦ πῶς δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον, quam edidit *Villoison* in anecdot. Graec. T. II. inprimis p. 233 — 236.

Digitized by Google

mihi viderem, nec iis, quae ego hic collegissem, omnia ad hanc causam pertinentia satis exhausta et quasi defaecata esse: non tamen ea nunc quidem vlterius putabam persequenda, cum saltem praecipuae illorum vocabulorum notiones ex antiquis scriptoribus erutae exemplisque sat multis illustratae ita viderentur, vt lectoribus facile esset iudicare, verane an falsa esset mea nominis γόης de Empedocle dicti interpretatio. Puto autem, eum ideo vocatum fuisse γόητα, quod, cum esset homo insigniter et praeter populares omnibus eruditus, inprimis rei medicae et physicae scientia instructus, hac sua doctrina non dubitaret interdum ita vti, vel, si mauis, abuti, vt suae aetatis hominibus persuaderet, vel etiam persuaderi pateretur [27]), quaedam per ipsius vim ac potentiam facta esse vel futura esse, quae tantum fieri vel cur fierent sciret [28]). Quae quidem non nego Empedoclem

27) Cf. *Bonamy* p. 64. et verba *Philostrati* not. 18. allata. De γοητεία, qualis eorum est, qui se vel incantationibus vel vi alicuius herbae (v. *Plin.* H. N. 24, 17.) deos euocare posse gloriantur, ne cogitandum quidem in Empedocle esse, quilibet ipse videt. Cf. quae not. 4. e *Philostrato* attulimus.

28) Sic *Apuleius* apolog. p. 291. „haec ferme communi „quodam errore imperitorum philosophis obiectantur, vt „— qui prouidentiam mundi curiosius vestigant, et impen„sius deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent: „quasi facere etiam sciant, quae sciant fieri." Sic primi

Digitized by Google

eo consilio maxime fecisse, vt maiorem sibi auctoritatem pararet populariumque beneuolentiam. De huius meae vocabuli *γόης* explicationis veritate dubitare fortasse quisquam posset, si nullum *Gorgiae* opus, e quo notio, quam *τῷ γοητεύειν* subiecerit, diiudicari posset, ad nostra tempora peruenisset *), aut si nullum Empedocleae magiae exemplum narratum a veteribus accepissemus. Nunc tot sunt exempla, vt neminem illis lectis putem dubium fore. Et primo quidem loco ponitur a *Diogene Laertio* [29]) celebratissimum illud ventos vel adducendi vel compescendi artificium, quod non solum a *Suida* [30]) et *Hesychio* [31]) com-

μεταλλεῖς ob rei inuentae et scientiae nouitatem dicti videntur *γόητες*. v. *Pherecyd.* p. 157. sq.

*) Ita autem *Gorgias* in Helenae encomio p. 95. *αἱ ἔνθεοι διὰ λόγων ἡδοναὶ, ἐπαγωγοὶ μὲν ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ λύπης γίνονται. συγγινομένη γὰρ τῇ δόξῃ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις τῆς ἐπῳδῆς, ἔθελξε καὶ ἔπεισε καὶ μετέστησε γοητείᾳ. γοητείας δὲ καὶ μαγείας δισσαὶ τέχναι εὕρηνται, αἳ εἰσι ψυχῆς ἁμαρτήματα, καὶ δόξης ἀπατήματα. ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων καὶ ἔπεισαν καὶ πείθουσι ψευδῆ λόγον πλάσαντες!* et p. 98. *τῶν λόγων οἱ μὲν, ἐλύπησαν· οἱ δὲ, ἔτερψαν· οἱ δὲ, ἐφόβησαν· οἱ δὲ, εἰς θάρσος κατέστησαν τοὺς ἀκούοντας· οἱ δὲ, πειθοῖ τινι κακῇ τὴν ψυχὴν ἐφαρμάκευσαν καὶ ἐξεγοήτευσαν.*

29) 8, 59. vbi *Satyrum* profert auctorem.

30) in v. *Ἀμύκλαι, ἄκνους* et *Ἐμπεδοκλῆς.*

31) *Hesych*: *κωλυσανέμας. ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὕτω καλεῖται, ὡς ὑπισχνούμενος ἐφέξειν τοὺς ἀνέμους.*

Digitized by Google

memoratur, sed a multis aliis, vt a *Plutarcho* [32]), *Eustathio* [33]), *Clemente Alexandrino* [34]), *Tzetza* [35]), *Scholiasta Hermogenis* [36]), et *Arsenio* [37]), quorum quatuor vltimi [38]) eum κωλυσανέμαν [39]) ea de causa cognominatum fuisse tradunt, alii [40]) ἀλεξάνεμον [41]). Ipse hanc artem professus dicitur his versibus [42]):

32) de curiositate T. II. p. 515. C. ed. Wechel. ὁ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς ὄρους τινὰ διασφάγα βαρὺν καὶ νοσώδη κατὰ τῶν πεδίων τὸν νότον ἐμπνέουσαν ἐμφράξας, λοιμὸν ἔδοξεν ἐκπλεῖσαι τῆς χώρας. it. aduers. Colotem T. II. p. 1126. B. Ἐμπεδοκλῆς — τὴν χώραν ἀπήλλαξεν ἀναρπίας καὶ λοιμοῦ, διασφᾶγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλλε.

33) ad Odyss. κ, p. 1645, 40.

34) stromm. 6, p. 630. C.

35) Chill. 2, 896. sqq. et 4, 524. sqq.

36) p. 383.

37) in praeclaris dictis philosophorum, imperatorum etc.

38) vt *Hesychius* (v. not. 31.) et *Suidas* in v. Ἐμπεδοκλῆς et Ἀμύκλαι.

39) *Suidas* in v. ἄπνους habet κωλυσάνεμον.

40) vt *Porphyrius* vit. Pythag. §. 29. et *Iamblichus* vit. *Pythag.* §. 135. Cf. infra §. 16. ad n. 20.

41) *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoenn. 120. p. 42. ostendit, rectius dici Ἀλεξανέμαν, cum Homereum sit Ἀλεξάνεμος. *Delrio* in disquisitionibus magicis 2, 9. et 11. p. 305. et 330. Empedoclem comparat cum Erico, rege Gotthorum, qui, *Iohanne Magno* auctore, quocunque verteret pileum, inde ventum prosperum elicuit, cognomen *Pileus Ventosus* inde nactus.

42) quos afferunt *Diogenes Laertius* 8, 59. *Eudocia* p. 170. *Suidas* in v. ἄπνους, et *Tzetzes* Chill. 2, 906. sqq.

Digitized by Google

eo consilio maxime fecisse, vt maiorem sibi auctoritatem pararet populariumque beneuolentiam. De huius meae vocabuli *γόης* explicationis veritate dubitare fortasse quisquam posset, si nullum *Gorgiae* opus, e quo notio, quam *τῷ γοητεύειν* subiecerit, diiudicari posset, ad nostra tempora peruenisset *), aut si nullum Empedocleae magiae exemplum narratum a veteribus accepissemus. Nunc tot sunt exempla, vt neminem illis lectis putem dubium fore. Et primo quidem loco ponitur a *Diogene Laertio* [29]) celebratissimum illud ventos vel adducendi vel compescendi artificium, quod non solum a *Suida* [30]) et *Hesychio* [31]) com-

μεταλλεῖς ob rei inuentae et scientiae nouitatem dicti videntur *γόητες*. v. *Pherecyd.* p. 157. sq.

*) Ita autem *Gorgias* in Helenae encomio p. 95. *αἱ ἔνθεοι διὰ λόγων ἡδοναὶ, ἐπαγωγοὶ μὲν ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ λύπης γίνονται. συγγινομένη γὰρ τῇ δόξῃ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις τῆς ἐπῳδῆς, ἔθελξε καὶ ἔπεισε καὶ μετέστησε γοητείᾳ. γοητείας δὲ καὶ μαγείας δισσαὶ τέχναι εὕρηνται, αἳ εἰσὶ ψυχῆς ἁμαρτήματα, καὶ δόξης ἀπατήματα. ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων καὶ ἔπεισαν καὶ πείθουσι ψευδῆ λόγον πλάσαντες!* et p. 98. *τῶν λόγων οἱ μὲν, ἐλύπησαν· οἱ δὲ, ἔτερψαν· οἱ δὲ, ἐφόβησαν· οἱ δὲ, εἰς θάρσος κατέστησαν τοὺς ἀκούοντας· οἱ δὲ, πειθοῖ τινι κακῇ τὴν ψυχὴν ἐφαρμάκευσαν καὶ ἐξεγοήτευσαν.*

29) 8, 59. vbi *Satyrum* profert auctorem.

30) in v. *Ἀμύκλαι*, *ἄκνους* et *Ἐμπεδοκλῆς*.

31) *Hesych*: *κωλυσανέμας. ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὕτω καλεῖται, ὡς ὑπισχνούμενος ἐφέξειν τοὺς ἀνέμους.*

Digitized by Google

memoratur, sed a multis aliis, vt a *Plutarcho* [32]), *Eustathio* [33]), *Clemente Alexandrino* [34]), *Tzetza* [35]), *Scholiasta Hermogenis* [36]), et *Arsenio* [37]), quorum quatuor vltimi [38]) eum κωλυσανέμαν [39]) ea de causa cognominatum fuisse tradunt, alii [40]) ἀλεξάνεμον [41]). Ipse hanc artem professus dicitur his versibus [42]):

32) de curiositate T. II. p. 515. C. ed. Wechel. ὁ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς ὄρους τινὰ διασφάγα βαρὺν καὶ νοσώδη κατὰ τῶν πεδίων τὸν νότον ἐμπνέουσαν ἐμφράξας, λοιμὸν ἔδοξεν ἐκπλεῖσαι τῆς χώρας. it. aduers. Colotem T. II. p. 1126. B. Ἐμπεδοκλῆς — τὴν χώραν ἀπήλλαξεν ἀπαρπίας καὶ λοιμοῦ, διασφᾶγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλλε.

33) ad Odyss. κ, p. 1645, 40.

34) stromm. 6, p. 630. C.

35) Chill. 2, 896. sqq. et 4, 524. sqq.

36) p. 383.

37) in praeclaris dictis philosophorum, imperatorum etc.

38) vt *Hesychius* (v. not. 31.) et *Suidas* in v. Ἐμπεδοκλῆς et Ἀμύκλαι.

39) *Suidas* in v. ἄπνους habet κωλυσάνεμον.

40) vt *Porphyrius* vit. Pythag. §. 29. et *Iamblichus* vit. Pythag. §. 135. Cf. infra §. 16. ad n. 20.

41) *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoenn. 120. p. 42. ostendit, rectius dici Ἀλεξανέμαν, cum Homereum sit Ἀλεξάνεμος. *Delrio* in disquisitionibus magicis 2, 9. et 11. p. 305. et 330. Empedoclem comparat cum Erico, rege Gotthorum, qui, *Iohanne Magno* auctore, quocunque verteret pileum, inde ventum prosperum elicuit, cognomen *Pileus Ventosus* inde nactus.

42) quos afferunt *Diogenes Laertius* 8, 59. *Eudocia* p. 170. *Suidas* in v. ἄπνους, et *Tzetzes* Chill. 2, 906. sqq.

Digitized by Google

φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν, καὶ γήραος ἄλκαρ,
πεύσῃ· ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.
καύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι κνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν·
καὶ πάλιν ἢν κ' ἐθέλῃσθα, καλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις,
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα.
ἄξεις δ' ἐξ ἅΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Quosnam vero ventos et quomodo sedauerit, e scriptorum iam laudatorum nonnullis discendum est. *Timaeus* [43]) enim et *Suidas* [44]) narrant, Etesiis aliquando tam grauiter flantibus, vt etiam fructus laederentur, Empedoclem vtres e pellibus asininis fecisse et circa colles atque alia loca edita distendisse eo consilio, vt ventum comprehenderet. In aliis locis [45]) *Suidas* simpliciter dicit, eum ventos ἐξελάσαι, δορὰς ὄνων περιθέντα τῇ πόλει, et mox vnum ventum memorat, mox ventos multos. *Clemens Alexandrinus* non nisi vnius venti mentionem facit, qui grauiter et perniciose ciuibus flauerit, fueritque mulieribus

Cf. *Clem. Alex.* l. l. qui tertium, quartum et quintum horum versuum attulit. — Similis est Medeae oratio ap. *Ouid.* metamorph. 7, 201. sqq.

43) ap. *Diog. Laert.* 8, 60.

44) in v. ἄνεμος, quem secutus est *Arsenius* in vtroque libro.

45) in v. Ἐμπεδοκλῆς et Ἀμύκλαι.

Digitized by Google

auctor infecunditatis. De ratione illa sedandi ventum nihil dicit, fortassis aliis de causis, quas nos nescimus, fortassis etiam quod eam minus verisimilem putaret, parumque fide dignam. Mihi sane et ipsi, vt *Hieronymo Mercuriali* [46]), egregie placet *Plutarchi* [47]) narratio, Empedoclem, cum animaduertisset, grauem quendam et pestiferum austrum per montis scissuram in campos mitti, obstructa ea pestem ab vrbe auertisse visum esse. Nam austrum interdum valde noxium esse, declarant multi veterum loci [48]). Inprimis cum per montis scissuras flaret, perniciosum fuisse credibile est [49]). Quas scissuras cum pestilentiae causas esse eamue augere intellexisset, potuit obstruere Empedocles, non vero ventum vtribus excipere: quae fabula cum tam ieiuna et putida sit, vt vix a *Timaeo* videatur narrari potuisse, valde verisimile putandum est, quod *Vossius* iam coniecit [50a]), *Diogenem* perperam in *Timaei* opere verba legisse

46) varr. lectt. 4, 14.

47) v. not. 32.

48) v. *Horat.* 2, od. 14, 15. *Herodot.* 4, 173. it. *Ioh. Henr. Maii* Obseruatt. sacr. lib. III. p. 34. sqq. edit. 2. Frcf. 1727. 8.

49) *Isidorus* origg. 13, 11. „pestilentiam, quae ex cor„rupto aëre nascitur, auster flans in reliquas regiones trans„mittit."

50 *a*) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 8, 60.

Digitized by Google

vel corrupte scripta inuenisse, v. c. διασφάξας ὄνους pro διασφᾶγας ἔρους, quae sunt verba *Plutarchi*, atque hunc errorem ansam dedisse isti fabellae. Nisi quis forte malit originem eius repetere a nimio quorundam in Empedoclem amore et studio, qui vellent eum Aeolum scilicet facere. Aeolum enim narrat *Homerus* *) Vlyssi dedisse ἀσκὸν, ἔνθα βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Omnino enim semel monere liceat, *Iamblichum* [50 b]) candide fateri, Pythagoreos non solum facile fidem habuisse miris narrationibus et commentis, sed multa quoque eius generis ipsos comminisci solitos fuisse. Vtrum alia narratio censenda, an pars superioris existimanda sit illa, quam *Philostratus* [51]) tradit, pene dubito, quanquam posteriorem sententiam mihi quidem magis probari fateor. Verba sunt: νεφέλης ἀνέσχε φορὰν, ἐπ' Ἀκραγαντίνους ῥαγείσης. Auster enim ab *Horatio* [52]) dicitur imbres perpetuos parturire, et a *Seneca* [53]) nebulosus imbres hibernos, i. e. impetuosos, tempestuosos, aduehere. Ab aliis vocatur humidus, aquaticus, pluuius, imbri-

*) Odyss. κ, 19. sq.

50 b) vit. Pythag. §. 138.

51) in vita Apollon. 8, 7, 8.

52) 1, od. 7, 16.

53) in Medea v. 583.

Digitized by Google

fer, etc. Inprimis huc pertinent verba *Isidori* [54]: „auster ab hauriendo aquas vocatus, „vnde et crassum aerem facit, et nubila „nutrit." Ex his videmur recte posse colligere, austrum illum, cuius flatum obstructo montis hiatu inhibitum ab Empedocle ostendimus, coniunctum fuisse cum nubibus imbriferis, quarum vis cessante vi venti et ipsa cessauerit. Voluit igitur *Philostratus* narrationem aliorum supplere, non nouam tradere. Empedocles autem neque solus legitur ventos compescuisse [55]), neque *γόης* recte appellabitur a quoquam, qui sit peritus rerum iudex et aequus. Certe *Timaeus* ipse ab initio narrationis nihil dicit, nisi *κατὰ πολλοὺς τρόπους τεθαυμάσθαι τὸν ἄνδρα.* Immo apparet, Empedoclem fuisse hominem virium naturae pro illa aetate peritissimum, et causas rerum egregie callentem, eundemque summorum beneficiorum hominibus suae

54) origg. 13, 11.

55) *Philostratus* l. l. *ἐννοήσας Σοφοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ὃς λέγεται καὶ ἀνέμους θέλξαι τῆς ὥρας ὑπερπνεύσαντας,* nempe, vt videtur, composito et decantato paeane. Cf. *Eustath.* ad Il. *α*, p. 137. *Herodotus* 7, 191. *καταείδοντες γόητσι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, πρός τε τούτοισι — θύοντες, ἔπαυσαν τετάρτῃ ἡμέρῃ. ἢ ἄλλως πως αὐτὸς ἐθέλων ἐπόπασε. Eustathius* ad Odyss. *κ*, p. 1645, 41. et *Arsenius* in praeclaris dictis philosophorum: *Ἀνεμοκοῖται, γένος ἐν Κορίνθῳ ἀνέμους κοιμίζοντες.*

Digitized by Google

aetatis ac ciuitatis auctorem, qualia plura nec vno loco eum praestitisse, ex aliis quoque narrationibus euidens est. *Plinius* [56]) enim: „Est et ipsis ignibus, inquit, medica vis. „Pestilentiae, quae solis obscuratione contra„hitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari „certum est. Empedocles et Hippocrates id „monstrauere diuersis locis." Aliud eiusmodi narrat *Diodorus Ephesius* [57]). Cum enim Selinuntii, qui erat Siciliae populus, propter foetorem, e fluuio circumfluente, qui forte pene exsiccatus esset, obortum, pestilentia vexarentur, ita vt et ipsi perirent, et mulieres difficultatem pariendi sentirent, Empedocles duo fluuios vicinos suis sumtibus in illud flumen immisit, quo factum est, vt huius amnis aquae dulcescerent pestisque cessaret. Interiecto tempore Selinuntiis ad amnem epulantibus superueniens Empedocles exceptus est summis atque adeo diuinis honoribus. Neque enim tantum ei assurrexere, sed etiam adoratione ac precibus eum tanquam deum coluerunt, putantes non hominem esse, sed deum forma humana. Huius historiae mirum est nullum alium historicum meminisse. Sed valde tamen erraret, qui propter hoc reliquorum historicorum silentium dubitare de rei veritate auderet. *Bur-*

56) H. N. 36, 27.
57) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. Cf. *Eudocia* p. 171.

Digitized by Google

mannus enim Secundus in commentario ad numismata Sicula tab. XIII. duo numos iussit aeri incidi, quos Selinuntii in facti huius memoriam cuderant. Vterque numus in ara, ad quam fluuius Hypsas, humana figura induta *), sed cum insignibus paulo diuersis, sacrificat propter puritatem ac dulcedinem aquis restitutam, exhibet gallum, restitutae salutis symbolum, et taurum, Empedocli fortasse mactandum, et apii folium, symbolum Selinuntis. In altera vtriusque numi parte currui insidet Apollo, sagittam ex arcu emittens, hac tamen diuersitate, vt in altero numo citatissimae currant quadrigae, quo indicatur pestilentiae ab Apolline immissae [58]) grauitas et vehementia, Apollini vero adstet Empedocles, equos eius retenturus, deumque iratum et arcum iam intendentem altera manu quasi amplectens et auertens. In altero autem numo bigae, non quadrigae, conspiciuntur, eaeque lentiores, quas cohibet Empedocles: quo apparet significare Selinuntios voluisse, Empedoclis beneficio imminutam illam pestem tandemque suppressam fuisse. Sed nihil est neque in *Diodori* narratione, neque in numis

*) De aliis Siciliae populis, qui humanam figuram tribuerunt fluuiis, vid. *Aelian.* V. H. 2, 33.

58) Apollo enim fuit symbolum solis et aestus, atque adeo pestis inde oriundae. v. *Koeppen* ad *Homer.* Il. α, 53. p. 31.

Digitized by Google

Selinuntiorum, quod vel leuem τῆς γοητείας suspicionem mouere in Empedoclem recte possit. Immo hic quoque cernitur praeclara eius rerum naturalium scientia, quae cum maior esset, quam vt satis eam laudare posse sibi viderentur nominis Empedoclei admiratores, factum est vt nescio quam augustiorem, quam pro humana conditione, vim tribuerent Empedocli, qua ipsi Apollini potuerit resistere. Quod quidem figmentum potuit eo facilius credi a multis vel probabile saltem putari, quo magis illud conuenit cum figuris numorum Selinuntiorum.

Vt autem artis medicae quoque peritiam, quam non vulgarem Empedocli fuisse veteres [59]) tradunt, quidam non solum studio et industria et ingenio partam, sed ope daemonum comparatam opinarentur, effecisse quodammodo ipse videtur illo versu, quem supra iam attuli:

ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Verum siue compares haec verba cum verbis *Homeri* [60]):

αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο
ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς πεφαφηότα θυμόν,

59) vt *Satyrus* ap. *Diog. Laert.* 8, 58. *Heraclides* ibid. §. 61. *Celsus* in praefat. ad medicinae libros p. 2. edit. *Leonardi Targae*, Patav. 1769. 4. *Suidas* in v. Παρμενίδης.

60) Il. ε, 697. sq.

Digitized by Google

quae *Maii* [61]) ratio est, qui multis veterum locis allatis ostendit, saluberrimum omnium ventorum esse boream, quippe qui etiam pestilentiam possit repellere, e qua ratione optime apparet causa, cur Empedocles hunc versum statim iunxerit praecedentibus, vbi de aliis ventis agebatur, ita vt in sequentibus exposuisse putari possit de modo vitam reddendi illis, qui adeo grauiter decumberent, vt vulgo mortui putarentur, siue arrogantiae et iactantiae, quae non parua fuisse videtur in nostro philosopho, partes quasdam tribuendas statuas, ita vt maiora, quam praestare posset, promiserit, siue cum Ill. *Harlesio* [62]) versum Empedocleum explices ex antiquissimorum carminum ratione, quam in eo fuisse constat, vt res a proprio atque historico sensu remotae, verbis valde impropriis, et ita vt in sensus caderent, traderentur, omninoque omnia fere variis fabulis et figmentis exornarentur [63 a]), siue denique cogites de placitis scholae Pythagoricae, quae infra [63 b]) exponere animus est: quamcunque, inquam, rationem sequendam putaueris, manifestum est, nomen *γόης* ad Empedoclem relatum

61) loco laudato p. 36.

62) in prolusione quarta de Empedocle non Magiae criminis reo, Erlang. 1790. fol.

63 *a*) v. *Kusteri* hist. critica Homeri p. 86. sq. ed. *Wolf.*

63 *b*) ad vers. 406.

Digitized by Google

nullo modo ita accipi posse aut debere, vt ille deos cogendi facultatem habuisse vel daemonum auxilio adiutus dicatur, quamuis hoc quidem et ab illius temporis imperitis hominibus et multo magis a sequentium saeculorum credula plebe creditum aliisque narratum et persuasum fuisse non negauerim. Videtur sane Empedocles vix tantum in se suspicionis excitaturus fuisse, nisi quaedam patrasset, quae inaudita illo aevo essent, atque adeo non in hominis potestate sita existimarentur.

Quippe ita formido mortaleis continet omneis,
Quod multa in terris fieri, coeloque tuentur,
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri diuino numine reutur 64).

Talia autem sunt, quae *Hermippus* 65) narrat, Pantheam, mulierem Agrigentinam, desperatam iam a medicis, ab Empedocle valetudini redditam esse. Nimirum videtur haec femina, vel quod exanimis esset, a reliquis medicis pro mortua fuisse habita, vel ob morbi grauitatem morti tam propinqua, vt sanari sine daemonum deorumque auxilio non posset, post recuperatam autem valetudinem fingi posset a poetis, atque adeo ab Empe-

64) Ita canit *Lucretius* 1, 152 — 155.
65) ap. *Diog. Laert.* 8, 69.

Digitized by Google

docle, ex orco (ἐξ ἀΐδαο) reducta. Satis notus est hic vsus loquendi poeticus. Sic Aesculapius dicitur fulmine periisse [66]), quod mortuos reddidisset vitae [67]). Ipse Empedocles similiter loquitur in epigrammate in Pausaniam medicum [68]):

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτου υἱὸν,
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους παμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης ἀδύτων.

Plura autem eorum exempla, qui elati reuixerunt, collegit *Plinius* [69]), quibus e recentioribus temporibus multa possent addi. Et videtur ipse Empedocles non vni Pantheae opem tulisse. *Heraclides* enim apud *Diogenem Laertium* [70]) auctor est, eum *Παυσανίᾳ* [71]) ὑφηγήσασθαι, i. e. *exposuisse, tradidisse, docuisse,* τὰ περὶ τὴν [72]) ἄπνουν, hoc

66) h. e. ὑπὸ πυρετοῦ φλεχθεὶς ὀλέσθαι, vt probabiliter explicat *Heraclitus* de incredibilibus c. 26.

67) v. *Pherecydis* fragmenta a me collecta p. 88.

68) ap. *Diog. Laert.* 8, 61. et inde in *Brunckii* analectis poetarum Graecorum T. I. p. 163.

69) H. N. 7, 52.

70) 8, 60, sq.

71) Ita etiam in *Suida* in v. ἄπνους legendum est pro *Παυσανίαν*.

72) In *Suida* l. l. pro his verbis: τὰ περὶ τὴν, simpliciter legitur τὸν, quo respexit fortasse *Talentonius*.

Digitized by Google

est, vt mihi quidem explicandum videbatur, *artem et rationem, qua curauerit illam exanimem feminam, et qua similes morbi possent curari.* *Iohannes Talentonius* [73]) ἄπνουν Empedocli adscriptum et ab eo factum, interpretatur *medicamentum quoddam ad sanandos respiratione carentes.* Alii aliter. Verba enim *Diogenis* non sunt satis perspicua: τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡράκλειτος (legendum est Ἡρακλείδης) [74]) φησὶ τοιοῦτόν τι [75]) εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσηπτον [76]) τὸ σῶμα. Scilicet *Heraclidem Ponticum* scripsisse librum, qui ἄπνους inscriptus erat, dicit *Galenus* [77]), idoneus auctor, cuius verba huc transscribere non piguit: ἐγὼ δὲ, inquit, θεασάμενος πολλὰς γυναῖκας ὑστερικὰς (ὡς αὐταί τε σφᾶς αὐτὰς ὀνομάζουσιν, αἵ τ' ἰατρίναι πρότεραι, παρ' ὧν εἰκός ἐστι κἀκείνας ἀκηκοέναι τοὔνομα) τινὰς μὲν ἀναισθήτους τε ἅμα καὶ ἀκινήτους κειμένας, ἀμυδρότατόν τε καὶ μικρότατον

73) in variarum et reconditarum rerum thesauro, Frcf. 1605. 8. lib. 2. cap. 1. p. 223. sqq.

74) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 1, 12.

75) Hoc τι omisit *Suidas* in v. ἄπνους.

76) *Suidas* l. l. et *Hesychius Milesius* l. l. habent ἄσιτον.

77) de locis affectis 6, 5. T. VII. p. 517. sq. edit. *Charter.*

Digitized by Google

ἐχούσας σφυγμὸν, ἢ καὶ παντελῶς ἀσφύκτους φαινομένας· ἐνίας δ' αἰσθανομένας τε καὶ κινουμένας καὶ μηδὲν βεβλαμμένας τοῦ λογισμοῦ, λιποδρανούσας τε καὶ μόγις ἀναπνεούσας· ἑτέρας δὲ συνελκομένας τὰ κῶλα· διαφορὰς ὑπολαμβάνω τῶν ὑστερικῶν παθημάτων εἶναι πλείους, ἤτοι κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ποιούσης αἰτίας, ἢ κατ' εἴδη τινὰ διαφερούσας ἀλλήλων. ἡ μὲν οὖν πρώτη λελεγμένη διαφορὰ κατὰ τὸ τοῦ Ποιητικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον, ἀπορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίγνεται. λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἑνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος· ἐπιγέγραπται γοῦν τὸ βιβλίον, ἄπνους Ἡρακλείδου. καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς, εἰ μήπω τέθνηκεν. Discimus igitur ex hoc loco, per τὴν ἄπνουν intelligendam esse feminam, et pro ἄσηπτον vel ἄσιτον reponi debere ἄσφυκτον, h. e *pulsu alioue motu carentem*, feminam autem illam hac vna re diuersam fuisse a mortuis *),

*) A mortua distinguitur ἄπνους etiam in *Sapphus* carmine V. extr. in *Brunckii* analectis T. I. p. 56.

Digitized by Google

quod in mediis corporis partibus exiguum calorem habuerit, ita vt etiam quaestio exorta sit inter medicos, an nondum esset mortua. Deinde hic idem locus, vt locus *Origenis* [78]), satis luculenter docet, *Heraclidem* fuisse libri illius auctorem, ita vt verba *Diogenis Laertii* [79]): Ἡρακλείδης τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, simpliciter debeant ita explicari: *postquam narrauit historiam de femina exanimi*, neque cum *Petro Petito* [80]) librum scripsisse dicendus sit *Pausanias*, quem Heraclides tantummodo explanauerit. Immo ipse Empedocles videtur quaedam scripsisse de illa femina, et inde Heraclides sua hausisse. In vniuersum memoratu dignissima sunt verba *Plinii* [81]): „feminarum sexus huic malo (nempe „τῇ ἀπνοίᾳ) [82]) videtur maxime opportunus,

78) contra Celsum 2, 16. ἐπεὶ δὲ τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ γλευάζουσιν οἱ ἄπιστοι, παραθησόμεθα μὲν καὶ Πλάτωνα λέγοντα (lib. 10. de rep. T. II. p. 614. B.), Ἤρα τὸν Ἀρμενίου μετὰ δώδεκα ἡμέρας ἐκ τῆς πυρᾶς ἐγηγέρθαι, καὶ ἀπηγγελκέναι τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου· ὡς πρὸς ἀπίστους δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου, οὐ πάντῃ ἔσται εἰς τὸν τόπον ἄχρηστα. v. *Spencer.* ad h. l.

79) 8, 67.

80) ap. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 1, 12. Etiam *Ambrosius* Camaldulensis, Latinus *Diogenis* interpres, videtur ita intellexisse.

81) H. N. 7, 52.

82) Obiter hic ponere liceat verba *Ioh. Gorraei* in defi-

Digitized by Google

„conuersione vuluae: quae si corrigatur, spi„ritus restituitur. Huc pertinet nobile illud „apud Graecos volumen Heraclidis, septem „diebus feminae exanimis ad vitam reuoca„tae.“ Ex his enim perspicuum est, ἄπνουν illam fuisse ex earum mulierum numero, quae ὑστερικαὶ γυναῖκες vocantur [83]), neque adeo cum *Hieronymo Mercuriali* [84]) ipsum morbum vocandum esse ἄπνουν, neque vteri praefocationem, quod eidem viro docto placebat, posse intelligi. Nam *Plinius* loquitur de conuersione vuluae, quae a Graecis [85]) vocatur ὑστέρας διαστροφὴ, cum vteri praefocatio Graece nominetur ὑστερικὴ πνιξ, ab *Aristotele* [86]) πνιγμοὶ ἐν ταῖς ὑστέραις, a *Plinio* [87]) strangulatus vuluae. Ex hac vtraque

nitionibus medicis, Frcf. 1578. fol p. 43. ἄπνοια est resolutio instrumentorum, quibus respiratio efficitur. Sic autem a symptomate dicta est, quod eam resolutionem spirandi priuatio consequatur. Quod tamen non ita accipi debet, quasi spiratio in totum abolita sit (neque enim manere posset vita), sed quod tam exigua sit, vt sensibus nulla deprehendatur, quemadmodum accidit in vteri strangulatu, apoplexia et lethargo. Cf. p. 485. et *Mosis Maiemonidis* doctor perplexorum 1, 42.

83) v. c. a *Galeno* l. l. et a *Dioscoride* 3, 67. Cf. *Huet.* demonstrat. euangel. Propos. IX. cap. 142. §. 10.

84) varr. lectt. 4, 14.

85) vt a *Dioscoride* 1, 58.

86) hist. animm. 7, 2.

87) H. N. 20, 18.

Digitized by Google

autem vteri affectione nasci potest ἡ ἄπνοια, non vteri praefocatio est ἄπνοια ipsa. Deinde ex iisdem, quae supra attuli, *Plinii* verbis apparet, non triginta, vt perperam et improbabiliter apud *Diogenem* et *Suidam* scribi videmus, sed septem tantum diebus exanimem fuisse illam mulierem: quod sane nunc quoque interdum fieri constat. Poterat monstrosa illa triginta dierum ἄπνοια tum per se suspecta esse, ea ipsa de causa, quod monstrosa est *), tum quia *Galenus* et *Origenes* nullam omnino temporis mentionem faciunt, et quia numerum patet a *Suida* non verbo indicatum, sed nota et sigla significatum fuisse. In *Suida* enim est $\bar{\lambda}$ ἡμέρας. Apud hunc igitur reponendum est $\bar{\zeta}$ ἡμέρας, et in *Diogenis* libris ἑπτὰ, nisi forte ab ipso *Heraclide*, qui extollere cuperet Empedoclis facultatem medicam, hunc errorem illatum dicere malimus. Quam sententiam sane probandam putarem, quia ipse *Diogenes* [88]) dicit: διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδο-

*) Quod enim *Pechlino* auctore narratur in *Critische Untersuchung der Geschichte des alten und neuen Testaments von der Erweckung einiger Verstorbenen zum Leben*, (Lips. 1793. 8.) p. 16. adolescentem aliquem, post duos et quadraginta dies ex aquis extractum, vitam recepisse, id an verum sit, dubitare adhuc liceat.

88) 8. 72.

Digitized by Google

ξολόγος, nisi obstarent *Plinii* verba supra adscripta. Vt vero ex hac historia non minus quam e superioribus luculenter perspicitur, rectissime iudicasse *Plinium* [89]), cum haec scripsit: „magiam natam primum e medi„cina nemo dubitat, ac specie salutari irre„psisse velut altiorem sanctioremque quam „medicinam," [90]) neque adeo de vllo daemonum auxilio hic cogitandum esse [91]): ita multo magis a magiae et γοητείας crimine absoluendus est Empedocles in iis, quae nunc supersunt narranda. Scilicet, vt vtar verbis *Boethii* [92]), Empedocles, cum eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet, quod eius patrem ille accusatione damnasset, inflexisse dicitur modum canendi, itaque adolescentis iracundiam temperasse. Idem narrant *Scholiastes Hermogenis* [93]) et *Iamblichus* [94]),

89) H. N. 30, 1.

90) De hoc loco videndus est *Buddeus* de atheismo et superstitione, Ien. 1717. 8. p. 695. sq. qui recte monet, *Plinii* verba intelligenda esse de magia falso iactata.

91) Ipse *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 67. dicit simpliciter, ὡς ἐδοξάσθη Ἐμπεδοκλῆς, ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν. Alii h. l. sine causa legi iubent ἀναστήσας pro ἀποστείλας, quod etiam *Hesychius Milesius* habet p. 51.

92) de musica cap. 1. p. 1373. ed. Basil. 1575. fol.

93) p. 383. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὁ Πυθαγόρου μαθητὴς, ὁ Κωλυσανέμας ἐπίκλην, σπασαμένου τινὸς ἤδη κατὰ τοῦ πλησίον τὸ ξίφος, ὃς ἐδόκει τὸν πα-

Digitized by Google

qui et nomen eius, qui in periculo caedis fuerit, et carmen, quo caedes sit impedita, diligentius indicat. Et hoc quidem fuisse ait illud Homericum [95]):

αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔκπνον,
νηπενθές [96]) τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ὅς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
χαλκῷ δηϊόῳεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο.

Hominem autem, quem Empedocles liberauit, vocat Ἄγχιτον, eumque inde ab eo tempore discipulorum Empedoclis spectatissimum (τῶν γνωρίμων τὸν δοκιμώτατον) fuisse narrat. Videtur hic Anchitus pater fuisse illius Pausaniae medici, quem Empedoclis

τέρα τοῦ θυμουμένου ἀνηρηκέναι, ἀνακρουσάμενός τι καταστηματικὸν τῇ πιθάρᾳ μέλος, ἣν ἔτυχε μετὰ χεῖρας ἔχων, διεπώλυσε τὸν φόνον γενέσθαι, χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλθακωτέρῳ ῥυθμῷ.

94) vit. Pythag. §. 113. sq.

95) Odyss. δ, 220. sqq.

96) De Homeri Nepenthe s. de Helenae medicamento luctum abolente *Petrus Petitus* reliquit dissertationem, editam Trai. ad Rhen. 1689. 8. Sed ea tota pertinet ad rem medicam, nec de Empedoclis facto supra descripto quicquam habet. Nimirum νηπενθὲς medicis est *succus e papauere expressus.*

Digitized by Google

amasium vocant *Aristippus* et *Satyrus* [97]), et cui non solum epigramma scripsit, quod supra attulimus, sed etiam ὑφηγήσατο τὰ περὶ τὴν ἄπνουν, et carmen suum περὶ φύσεως inscripsit. Erat enim Pausanias medicus doctissimus ac nobilissimus, quod vel haec verba *Galeni* [98]) demonstrant: καὶ πρόσθεν μὲν ἔρις ἦν οὐ σμικρὰ, νικῆσαι τῷ πλήθει τῶν εὑρημάτων, ἀλλήλοις ὀριγνωμένων τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ· διττὸν γὰρ ἔτι τοῦτο τὸ γένος ἦν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἀσκληπιαδῶν, ἐπιλιπόντος τῶν κατὰ Ῥόδον· ἤριζον δ' αὐτοῖς τὴν ἀγαθὴν ἔριν ἐκείνην, ἣν Ἡσίοδος ἐπήνει, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροὶ, Φιλιστίων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παυσανίας, καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι. καὶ τρεῖς οὗτοι χοροὶ θαυμαστοὶ πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλωμένων ἐγένοντο ἰατρῶν. Haec igitur historia per se ipsa, nullis argumentis additis, absoluit Empedoclem, laudemque ei conciliat. Quotusquisque enim est, qui nesciat vim musicae in tempore adhibitae, praesertim cum multi viri docti, et veteres et recentiores [99]), etiam

97) ap. *Diog. Laert.* 8, 60.

98) therapeut. lib. 1. T. IV. p. 35. edit. Basil.

99) v. c. *Aelianus* V. H. 14, 23. vbi v. *Scheffer.* item *Basilius Magnus* de legendis scriptoribus Graecis p. 60. sq. edit. meae. *Gellius* N. A. 4, 13. *Plinius* H. N. 28, 2. *Sui-*

Digitized by Google

exemplis allatis id demonstrauerint? Quis item ignorat, Italos iam olim quoque fuisse studiosissimos musicae, Pythagoreos autem huic arti vim insignem praecipuumque honorem tribuisse? Quis denique non admirandum laudandumque existimet hominem omni modo per artem et doctrinam suam popularibus et aequalibus prodesse conantem?

Iam vt hoc quoque attingam, quod reliqui Empedoclis defensores [100]) praeterierunt,

das in v. *Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου.* *Athanasius Kircherus* in musurgia, Amst. 1662. fol. *Isaacus Vossius* de viribus rhythmi, Oxon. 1675. 8. *Mich. Ern. Ettmüller* de effectu musicae in hominem, Lips. 1714. 4. *Philippus Camerarius* in operis horarum subcisiuarum, Centur. I. cap. 18. p. 99. sq. Centur. II. cap. 81. p. 317. sqq. Centur. III. cap. 97. p. 361. sqq. *Riccius* in dissertationibus Homericis p. 194. sq. ed. Lips. 1784. 8. qui in vniuersum ibi disserit, aeque ac *Camerarius*, in hanc sententiam, vt morbos nonnullos musica posse curari affirmet, *Theophrasti* quoque auctoritate vsus. (vid. *Athenae.* 14, p. 624. A.) *Vossius* de natura artium 1, 4, 12 — 16. *Casp. Loescherus* de Saule per musicam curato, Viteb. 1688. 4. p. 60 — 66. Cf. quos laudauit *Fabricius* in bibliograph. antiquar. p. 525. sq. et *Brucker.* hist. crit. philos. T. I. p. 1059. Sed *Philodemi* librum *περὶ μουσικῆς*, e villa quadam Herculanensi erutum, etiamsi conferre licuisset, vix tamen huc posse referri, patet ex iis, quae dicta sunt in *Winckelmanni* Sendschreiben von den Herculanischen Entdeckungen, Dresd. 1762. 4. p. 79. et 90.

100) vt *Gabr. Naudaeus* in libro sic inscripto: Apologie pour les grands Personnages, faussement soupçonnez de Magie, à Paris 1625. 8. p. 277. sqq. siue p. 187 — 204. ed.

Digitized by Google

μάντιν eum ab *Heraclide* [101]) vocari, et inter προφήτας referri a *Tzetza* [102]), non mirandum est, et quam vim illa vocabula habeant, aperte cognosci potest ex eo, quod Heraclides iungit haec duo: ἰατρὸν καὶ μάντιν. Res futuras enim alias nullas praedixit aut praedicere putandus fuit, quam quae a peritissimo ac doctissimo quoque medico et physico de morbis tempestatibusue praeuideri atque praedici possunt. Faciunt huc loci *Clementis Alexandrini* [103]) et *Tzetzae* [104]). Ille enim vtitur

Amsterd. 1712. 8. Cuius libri Germanica etiam versio, sed non nominato auctore, prodiit hoc titulo: *Über den Zauberglauben und andere Schwärmereien; oder Vertheidigung berühmter Männer, die von ihren Zeitgenossen für Zauberer gehalten worden*, Lips. 1787. 8. vbi huc pertinent p. 154—168. Ill. *Herles* in quatuor prolusionibus de Empedocle non magiae criminis reo, Erlang. 1789. sq. fol. Cf. *Buddeus* de atheismo p. 700. sq.

101) ap. *Diog. Laert.* 8, 61.

102) Chill. 7, 546. sqq.

103) stromm. 1, p. 334. A. προγνώσει καὶ Πυθαγόρας ὁ μέγας προσανεῖχεν ἀεὶ — καὶ Ζωροάστρης ὁ Μῆδος, Ἐμπεδοκλῆς τε ὁ Ἀκραγαντῖνος, — ἐπί τε τούτοις, Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος μάλιστα.

104) Chill. 4, 524. sqq.

ἐφρόνουν πάλαι μέγα —
τῷ παύειν δ' ὄμβρους καὶ ἀνέμους, καὶ προγινώσκειν πάντα,
Θαλῆς καὶ Πυθαγόρας τε σὺν τῷ Ἀναξαγόρᾳ,
Ἐμπεδοκλῆς Μελίτωνος, ὁ καὶ Κωλυσανέμας.

Digitized by Google

nomine *πρόγνωσις*, hic verbo *προγινώσκειν*, quae videntur maxime dici de medicis. Saltem prognosticon saepe apud *Ciceronem* ita legitur, vt respiciatur ad physica, et *Galenus* scripsit peculiares libros, *περὶ τοῦ προγινώσκειν*, *περὶ προγνώσεως*, *περὶ προγνώσεως διὰ σφυγμῶν*, et *πρόγνωσιν πεπειραμένην*. Quae explicandi ratio egregie confirmari potest recentiorum temporum historia [105]). Sed si cui tamen illa forte displiceat, qui viderit, apud *Clementem* etiam Socrati *πρόγνωσιν* tribui, quae haud dubie ad eius daemonium est referenda, is *Clementem* atque *Tzetzem* putet in vniuersum et de genere dixisse, *Heraclidem* de specie.

§. 6.

Neque vero suae tantum aetatis hominibus popularibusque suis coram docendo et artem medicam exercendo voluit vtilitatem afferre Empedocles, sed posteris etiam per scripta prodesse, et suae quondam rerum naturalium

105) Vt enim alia multa notiora exempla praetermittam, Friderici Delphini saltem mentionem facere liceat, quem *Nic. Comnenus Papadopoli* in historia Gymnasii Patauini (Venet. 1726. fol.) T. I. p. 305. narrat Venetiis medicinam fecisse tam certo prognosticorum euentu, vt ex hoc maxime cucullatis suspectus, vix non in carcerem, de iis quae praedicebat rationem redditurus, raperetur.

Digitized by Google

scientiae perenne monumentum relinquere. Et primum quidem, quod a me commemorandum est, idemque ambitu maximum, est celebratum illud περὶ φύσεως opus, quod *Lucretius*, vt constat, in praeclaro suo de rerum natura poemate imitatus est. Laudatur hoc opus, quod etiam τοὺς Καθαρμοὺς complexum videtur, saepe a veteribus, sed non eodem semper nomine. A *Diogene* [1]) quidem vocatur ὁ περὶ φύσεως λόγος et τὰ περὶ φύσεως, et *Suidas* [2]) quoque Empedoclem dicit scripsisse δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων. Quam inscriptionem veram esse et ab ipso auctore profectam, diserte docet *Galenus* [3]): τὰ τῶν παλαιῶν, ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου καὶ Προδίκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. et rursus alio loco [4]): τοιαῦτα εὕροις ἂν ἅπαντα τὰ περὶ φύσεως ἐπι-

1) 8, 55. 60. 77.

2) in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. in v. Ζήνων.

3) περὶ στοιχείων lib. 1. T. I. p. 56, 36. ed. Basil.

4) ad *Hippocrat.* περὶ φύσιος ἀνθρώπου hypomn. 1. T. V. p. 1, 41. Addi potest *Diog. Laert.* 9, 22. Parmenides διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Et multo magis huc pertinet locus *Lactantii* 2, 12. „Empedocles — de rerum natura ver„sibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius et Varro."

Digitized by Google

γεγραμμένα βιβλία τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, Ἐμπεδοκλέους, Παρμενίδου, Μελίσσου, Ἀλκμαίωνος, Ἡρακλείτου. Saepe dicitur ἔπη, vt a *Plutarcho* [5]), *Simplicio* [6]), *Eusebio* [7]), *Clemente Alexandrino* [8]), etiam ἐπικὴ ποίησις [9]). Quae quidem appellatio recte e forma poematis externa deriuatur. Physicam enim philosophiam conclusit Empedocles versibus hexametris s. epicis. Quorum cum esset non exiguus numerus, potuit carmen improprie dici epicum, quod ipsum fieri solet de Lucretii poemate [10]). Quia vero eodem περὶ φύσεως opere Empedocles multa argumentis firmare ac demonstrare conatus erat, ideo ab *Aristotele* [11]) appellatur ἀποδείξεις καὶ ἔπη. Sic quia de origine mundi, de sacrificiis et theogonia, de animalium virtutibus, de quinta

5) de audiendis poetis T. II. p. 16. C. p. 17. E. de defectu oraculorum p. 418. E.

6) ad *Aristot.* phys. 1. p. 7. b. de coelo 1, p. 32. a.

7) praep. euang. 5, 4. p. 185.

8) stromm. 6, p. 630. C. pro quo in *Diogene Laertio* 8, 59. legitur ποιήματα.

9) Ita vocatur a *Dionysio Halicarnassensi* περὶ σύνθέσεως ὀνομάτων c. 22.

10) v. *Reines.* varr. lectt. 1, 19. *Bentleii* opuscula philologica, Lips. 1781. 8. p 364. sq. *Sulzeri* theoria artium T. II. p. 401. ed. Lips. 1786. 8.

11) Ethic. Nicom. 7, 5. et Eudem. 6, 3.

Digitized by Google

essentia, omninoque de philosophia, inprimis physica, in hoc opere egerat, propterea Empedocles dicitur a *Plutarcho* [12]) *περὶ κόσμου γράφων καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας*, a *Simplicio* [13]) *κοσμοποιῶν*, et laudatur ab eodem *Simplicio* [14]) vel potius ab ipso *Aristotele* [15]) *ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ*, rursus a *Simplicio* [16]) *περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως*, a *Tzetza* [17]) *ἐν τῷ περὶ νείκους*, a *Porphyrio* [18]) *περὶ τῶν θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας*, ab *Aeliano* [19]) *περὶ ζώων ἰδιότητος*, a *Lampria* [20]) *περὶ τῆς ἑ οὐσίας*, a *Plutarcho* [21]) *ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας*, ab *Aristotele* denique [22]), *Simplicio* [23]) et interprete Horatii Cruquiano [24]) *ἐν τοῖς φυσικοῖς*. In tres saltem

12) de animi tranquillitate T. II. p. 472. D.

13) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 145. b.

14) ad *Aristot.* phys. 2, p. 74. b.

15) physic. 2, 4.

16) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 68. b.

17) ad *Lycophr.* 507.

18) de abstinentia animm. 2, p. 157.

19) hist. animm. 16, 29.

20) in catalogo scriptorum Plutarchi (ap. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 335. siue Vol. V. p. 160. ed. *Harles.*) nr. 42.

21) de exilio T. II. p. 607. C.

22) meteorolog. 4, 4.

23) ad *Aristot.* phys. 1, p. 7. b. phys. 2, p. 74. b.

24) ad art. poet. p. 638.

Digitized by Google

libros hoc opus diuisum fuisse, etiamsi non dixisset *Suidas* [25]), ex eo patet, quod *Plutarchus* [26]) et *Simplicius* [27]) Empedoclem laudant ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ et ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν, idem *Simplicius* [28]) ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν φυσικῶν, et *Tzetzes* [29]) τῷ τρίτῳ τῶν φυσικῶν. Neque diuersi ab hoc opere videntur ὕμνοι φυσικοὶ, a *Menandro* [30]) nominati, h. e. carmina, in quibus dii eorumque nomina et facta ad physicas rationes reuocabantur. Etiam *Philostratus* [31]) Empedoclem dicit ὕμνους composuisse, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο, h. e. quibus se immortalem fore diceret. Quod ipsum quia in Καθαρμοῖς docuit, Καθαρμοὶ autem ad physicorum libros referri solent, potest his hymnorum nomen etiam ea de causa datum putari, quia deo-

25) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

26) de placitis philosophor. 1, 30.

27) ad *Aristot.* phys. 1, p. 34. a.

28) ad *Aristot.* phys. 2, p. 86. b.

29) Chill. 7, 523.

30) de encomiis c. 2. p. 30. ed. *Heeren.* et c. 5. p. 39. vbi ὕμνους φυσικοὺς interpretatur, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα, καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. Mox cum ὕμνοι φυσιολογικοὶ sint vel ἐξηγηματικοὶ, vel ἐν βραχεῖ προαγόμενοι, e priori genere ait esse Empedocleos.

31) in vita Apollonii 8, 7, 6.

Digitized by Google

rum laudem in iis non neglexerat philosophus, aut quia vel sola rerum naturalium diligens expositio ad numinis diuini laudem facere censenda est. Vtut sit, προοίμιον illud εἰς Ἀπόλλωνα, quod ab Empedocle scriptum esse legitur [32]), quanquam, *Ammonio* [33 a]) auctore, de Apolline ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος, nullo modo ad hos hymnos pertinere posse, res ipsa declarat. Nam soror eius, vel, vt *Hieronymus* dicit, filia, narratur illud inuita combussisse. Sed per Apollinem videtur τὸ ἓν intelligi. Nam *Plutarchus* [35 b]), δοκῶ δ' ἔγωγε, inquit, καὶ τὸ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας (np. Πυθαγορικοὺς) ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν δυάδα Ἄρτεμιν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα, Ποσειδῶνα δὲ τὸν πρῶτον κύβον, ἐοικέναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἱερῶν in Aegypto ἱδρυμένοις. Et alio loco [33 c]): οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν — τὸ δὲ ἓν,

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 57. et *Eudociam* p. 170. De nomine προοίμιον v. *Menag.* ad *Diog.* l. l.

33 *a*) ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας p. 172. b. ed. 1546.

33 *b*) de Is. et Osir. c. 10.

33 *c*) ibid. c. 75.

Digitized by Google

Ἀπόλλωνα — · Ἔριν δὲ, τὴν δυάδα — · Λίτην δὲ, τὴν τριάδα.

Aliud nobile Empedoclis opus fuit, quod Καθαρμοὶ erat inscriptum, et e *Diogenis Laertii* [34]) verbis videtur fuisse pars librorum περὶ φύσεως. Laudatur quidem saepius ab antiquis scriptoribus, vt ab *Apuleio* [35]), a *Theone Smyrnaeo* [36]) et *Athenaeo* [37]), qui, vt *Diogenes Laertius* [38]), ex aliis refert, in Olympiis decantatos esse τοὺς Καθαρμοὺς a Cleomene rhapsodo [39]). Initium huius operis seruauit *Diogenes* [40]). Sed quodnam eiusdem argumentum fuerit, non satis constat inter viros doctos, quia carmen ipsum adhuc non fuit editum. Neque enim plane deperditum esse, collegeram ex *Iohannis Aurispae*, qui saeculo quinto decimo vixit, ad Ambrosium Camaldulensem literis [41]), vbi Aurispa se e Graecia

34) 8, 77.

35) apolog. p. 291. ed. *Elmenhorst.* „suspecta est (magiae) Empedocli Καθαρμοί."

36) mathemat. p. 162.

37) 15, p. 620. C.

38) 8, 63.

39) Cf. *Scaliger* de re poet. 1, 41. et *Reines.* varr. lectt. 1, 19. p. 73. et *Dresigii* commentat. de rhapsodis, Lips. 1734. 4. p. 42.

40) 8, 54. et 62. et 66.

41) in *Martene* veteribus monumentis, T. III. (Paris. 1724. fol.) p. 713.

Digitized by Google

attulisse narrat καθαρμοὺς Ἐμπεδοκλέους. Sperans igitur, fieri posse vt reperiatur in Italiae bibliothecis instructissimis, et diu desideratum tandem reddatur orbi erudito, scripseram viro egregie docto, nec minus humanitate ac probitate morum quam doctrinae praestantia et nominis celebritate venerando, *Iacobo Morellio*, bibliothecae Marcianae Venetiis custodi, rogans et meo et doctissimi cuiusque nomine, vt opus illud diligenter per Italiam inuestigaret, inuentumque describi ac mihi mitti iuberet. Verum non respondit ad spem euentus. Rescripsit enim *Morellius* haec: „Scriptorum Empedoclis in bibliothecis Italiae „praecipuis perquisitio vtinam pro votis no„stris euasisset. At Romae, Florentiae, Fer„rariae, Mediolani, Neapoli frustra ab ami„cis hominibus opera hac in re posita est. „Ne tota haec inquisitio mihi omnino displi„ceat, hoc vnum facit, quod cum codicem „ipsum Eremi Camaldulensis, ex quo Marte„nius epistolam Aurispae ad Ambrosium Ca„maldulensem edidit, ab homine bene perito „conferri curassem, eum ita se habere resciui: „*Oppianum de venatu, item de naturis piscium,* „*sed id rarum non est. Phocylidem,* καὶ τι„νὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους. Laurentius „Mehus, vir ceteroquin eruditus, qui Ambro„sii epistolas aliorumque ad ipsum anno 1759 „Florentiae (in fol.) repraesentauit, epistо-

Digitized by Google

„lam eandem. cum ex eo ipso codice ederet, „ita dedit: *Phocylidem .... ἐμπεδόκλον.* „Editorem hunc ancipitem fortasse reddidit „character Graecus, in quo littera *v* veteri „more, in editionibus etiam antiquis non- „nullis adhibito, ita scripta est *μ*, vt prò „*τινὰ* videatur *τιρά*. Quomodocunque tamen „se res habuerit, Aurispam non *καθαρμοὺς*, „bene vero *καὶ τινὰ* scripsisse, vt omnino „putem adducor. In bibliotheca praesertim „Laurentiana, quae Florentiae est, vt dili- „gens peruestigatio fieret, laboraui; quando- „quidem a *Ciaconio* in bibliotheca scriptum „legeram: *Scripsit Empedocles carmine heroico „de rerum natura siue de philosophia naturali „libros tres, sicut et apud Romanos Lucretius, „quorum fragmenta in bibliotheca Medicea Grae- „ce manuscripta hodie extant.* †) Neque ta- „men fragmenta haec inuenta sunt." Haec *Morellius*, cui viri docti omnes, scio, gratiam mecum habebunt, quod rem obscurissimam assiduitate sua diligentiaque egregie illustrauit, vt iam facile nemo sit editionem integri operis Empedoclei exspectaturus. Sane, vt quid sentiam ingenue fatear, videntur omnia Empedoclis scripta, quamuis tanti olim aestimata, vt passim versus ex illis a veteribus

†) Addi poterat *Fazellus*, qui in opere ad §. 3. p. 18. laudato idem dicit, quod *Ciacconius*.

Digitized by Google

afferrentur non addito Empedoclis nomine *), iam primis post Christum natum saeculis fuisse deperdita. Possint quidem huic meae sententiae repugnare videri verba *Hieronymi* [42]): „fac me errasse in adolescentia, et „philosophorum, id est, gentilium studiis „eruditum, in principio fidei dogmata igno„rasse Christiana: et hoc putasse in aposto„lis, quod in Pythagora et Platone et Empe„docle legeram." Sed quomodo haec intelligenda sint, ipse docet alio loco [43]), vbi verbis paulo ante allatis haec addit: „De „dogmatibus eorum, non de libris locutus „sum, quae potui in Cicerone, Bruto ac Se„neca discere." Et rursus [44]): „In quo igi„tur erraui, si adolescens dixi, me ea pu„tasse in apostolis, quae in Pythagora et Pla„tone et Empedocle legeram? Non vt tu „calumniaris et fingis, in Pythagorae et Pla„tonis et Empedoclis libris, sed quae in illis „fuisse legeram, et aliorum me scripta eos „habuisse docuerunt." Nemo igitur mirabi-

*) v. *Reines.* V. L. 1, 19. p. 73.

42) Epist. 65. T. II. opp. p. 130. C. ed. *Tribbechov.* siue epist. 84. T. I. p. 524. A. ed. *Vallars.*

43) lib. 3. contra Ruffinum T. II. p. 166. E. ed. *Tribbechov.* T. II. p. 565. B. ed. *Vallars.*

44) T. II. p. 167. A. (T. II. p. 567. B.) Huc pertinet etiam locus *Eusebii* praep. euang. 10, 3. p. 468. A. *σκάνια δὲ τὰ τῶν πρὸ τοῦ Πλάτωνος γεγονότων βιβλία.*

Digitized by Google

tur, qui relatum legerit, scripta Empedoclis non amplius superfuisse Iohannis Philoponi aetate, h. e. saeculo post Christum natum septimo *). Si quis tamen nunc quoque Empedoclis scripta superesse credendum putauerit, eum video non inepte nec improbabiliter vti posse loco scriptoris Arabis [45]), quem §. 2. a *Morellio* amicissime mihi suppeditatum reddidi, et verbis *Ciacconii* paulo ante allatis. Itaque cum nihil certi hoc in genere possit nunc quidem constitui, contentos esse nos oportet de argumento τῶν Καθαρμῶν coniecturis virorum doctorum, quarum praecipuas referre non videtur ab instituto nostro alienum. Et primo quidem loco ponendam arbitror *Lomeieri* [46]) opinionem, vtpote vocabuli etymo maxime adiutam. Scilicet doce-

*) Manifestum id est e verbis *Philoponi* infra §. 14. ad n. 136. allatis. Caeterum Cel. *Villoisonus* in prolegomenis ad *Homeri* Iliada p. XXXVIII. dicit, eum circa saeculi quinti finem natum esse. Quae viri doctissimi sententia num pro vera habenda esset, equidem dubitabam.

45) Sic *Adamus Ebertus* in literis de eruditione Arabum et Turcarum, quae insertae sunt Actis Eruditorum Lipsiensibus T. VII. Supplementorum (1721. 4.) Sect. IX. p. 419. „Empedoclis, inquit, ingens ibi notitia, Siciliae et Graecorum philosophi: variis eius libris ob id allatis.“ Quae relatio sane digna est ad quam viri docti attendant. Cf. infra §. 11. ad n. 38.

46) in Epimenide s. de veterum gentilium lustrationibus (Zutphan. 1700. 4.) p. 183. sq.

Digitized by Google

bantur Pythagorei, ab omnibus abstinendum esse, quae voluptatem animo afferrent, et corpus mortale ad Venerem incitarent, atque deinde hac abstinentia et continentia id efficiendum, vt animus quasi vinculis corporeis solueretur, in quorum numero etiam cibi quidam ponebantur. Sed instituebantur etiam a Pythagoreis solemnes quidam καθαρμοὶ, iique vel publici vel priuati. Ritus igitur, qui in talibus publicis καθαρμοῖς obseruandi essent, descriptos ab Empedocle fuisse existimat *Lomeierus*, *Salmasium* [47]) secutus. Neque longe ab hac sententia *Bentleius* [48]) discedit, cui τοῖς καθαρμοῖς Empedocleis aut populi et nationes pestem, terrae motum, prodigia, aut priuati homines mala, somnia, caedes, expiasse videntur, vel potius, inquit, καθαρμοὶ sunt purificationes animi, ad morem Pythagoreorum, quae toties commemorantur ab *Hierocle*, *Iamblicho*, aliis. *Fabricius* [49]), probante *Stollio* *), nobilem horum

47) in praefat. ad *Cebetis* tabulam et paraphrasin Arabicam aureorum carminum fere extrema. Cf. *Buddei* exercit. hist. philos. de Καθάρσει Pythagoraeo - Platonica, in eius Analectis historiae philos. Hal. 1706. 8 p. 361 — 405. qui tamen minus accurate rem tractat.

48) Opusc. philolog. p. 365.

49) Biblioth. Graec. Vol. I. p. 469. (p. 794. ed. *Harles.*) et ad *Sext. Empir.* adv. Mathematt. 1, 302. p. 283.

*) *Hist. der Gelahrheit* p. 586. ed. 2. Ien. 1724. 4.

Digitized by Google

Καθαρμῶν particulam fuisse putat aurea carmina, quae vulgo Pythagorae tribuuntur, e quo eum statuisse patet, complexum esse hoc opus praecepta de officiis vitae ciuilis, de cultu deorum, de moribus. Sed vt alia taceam, quae huic Fabricii coniecturae recte possunt opponi, hoc solum commemorandum nunc quidem puto, *Hieroclem* in commentario ad aurea carmina (p. 232.) neque Empedoclem neque omnino vnum statuere eorum auctorem, quippe quae fuerint *ὅλου τοῦ ἱεροῦ συλλόγου ἀπόφθεγμα κοινὸν*, neque in aureis carminibus vestigia reperiri magiae **), cuius tamen suspectos esse Empedoclis *Καθαρμοὺς Apuleius* 50) tradidit. Videtur potius Empedocles in *Καθαρμῶν* opere non solum praecepta tradidisse de purificando et perficiendo per virtutem et veritatem animo ac mente, atque adeo de abstinentia, de initiationibus aliisque religiosis cerimoniis, item de variis verum cognoscendi rationibus, inprimis Mathematica et Dialectica, exposuisse, quae sane pertinebant ad magiam religiosam, sed etiam quaedam admiscuisse de rebus physicis et medicis, inprimis de *προγνώσει*, quae quin

**) Cf. *Olear.* ad *Stanlei.* hist. philos. p. 429.

50) v. not. 35.

Digitized by Google

excitare facile magiae suspicionem potuerit, nemo dubitat [51]).

Multo breuior fuit ὁ ἰατρικὸς λόγος, a *Diogene Laertio* [52]) memoratus. Eo enim auctore complexus est versus fere sexcentos. Sed difficultatis aliquid habent verba *Suidae* [53]): ἔγραψε δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ'. καὶ ἔστιν ἔπη ὡς β'. ἰατρικὰ καταλογάδην. Etsi enim verba καὶ ἔστιν ἔπη ὡς β' referenda putes ad praecedentia, ad opus περὶ φύσεως *), et ita explices: *sunt versus bis fere mille*: tamen dupliciter in Suida erratum esse videatur ob haec *Diogenis Laertii* verba: τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ, καὶ οἱ καθαρμοὶ, εἰς ἔπη τείνουσι πεντακισχίλια, ὁ δὲ ἰατρικὸς λόγος εἰς ἔπη ἑξακόσια. nisi forte dicere malis, τοὺς Καθαρμοὺς continuisse tria versuum millia, vt de ἰατρικοῖς tantum errasse iudicetur *Suidas*, et de his vt erraret effecisse nomen λόγος apud *Diogenem*, quod sane plerumque de libris

51) Cf. *Bonamy* p. 68. sq. quem maxime hic secutus sum.

52) 8. 77.

53) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

*) quod fecit *Franc. Patricius* in libro supra laudato 1, p. 72.

Digitized by Google

prosa oratione scriptis dici solet [54]). Codex *Diogenis* Vindobonensis LIX. habet πεντακόσια pro πεντακισχίλια, et verba ὁ δὲ ἰατρικὸς — ἑξακόσια prorsus omittit, *Eudocia* autem p. 169. Empedoclem scripsisse narrat

54) *Eustath.* ad Il. α, p. 29. ὁ λόγος, ἦν ὅτε τὴν τῆς παρ' ἡμῖν ψευδομυθίας τάξιν εἶχεν, — παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον — ὁ λόγος ἐπὶ τῆς ὁσημέραι ἀνθρωπίνης ὁμιλίας τίθεται. Cf. p. 9. Expediturus se ex hac difficultate *Constantinus Lascaris*, de scriptoribus Graecis Siculis, in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIV. p. 34. dicit, Empedoclem de medicina scripsisse metro et prosa. Caeterum nomen λόγος et aduerbium καταλογάδην dici solere de oratione prosa et soluta, permulti veterum loci declarant. Apud *Platon.* in Lyside T. II. opp. p. 204. opponuntur ἃ καταλογάδην διηγεῖται et τὰ ποιήματα. *Plutarchus* de Pythiae oraculis c. 7. opponit τὰς ποιήμασι χρωμένας et τὰς καταλογάδην λεγούσας. c. 18. καταλογάδην et ἐν μέτροις. *Athenaeus* 14, p. 635. F. ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις καὶ τοῖς καταλογάδην. *Suidas* in Παρμενίδης et *Eudocia* p. 361. δι' ἐπῶν et καταλογάδην. *Suidas*: Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός. — καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα. *Plutarch.* de fortuna Romanor. c. 1. iungit tanquam synonyma δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην. et de Pythiae oraculis c. 19. ἄνευ μέτρου καὶ καταλογάδην. *Scholia in Platonem* p. 230. ed. *Ruhnken.* aduerbium καταλογάδην interpretantur verbis τὰ πεζῷ γραφόμενα λόγῳ. Apud *Isocratem* ad Phil. p. 166. opponuntur λόγων εὑρετὴς et ποιητής. et Panath. p. 399. οἱ περὶ τὴν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες. Saepissime etiam opponuntur ποιηταὶ et λογογράφοι, vt ap. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 20. de defectu oraculor. c. 14. *Thom. Mag.* et *Phauorin.* in v. ἀνεῖλεν, ἐσθῆς, τροφέα, ὑφίσταμαι, φωνὴ etc. Inprimis autem verbis *Suidae* ad n. 53. positis

Digitized by Google

δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία τρία· ἰατρικὰ βιβλία ἓξ. Quare cum incertum esse appareat, vter vera tradiderit, *Suidas* an *Diogenes*, non huius de medicina operis, sed vel τῶν φυσικῶν vel speciatim τῶν καθαρμῶν, partem fuisse arbitror illud poemation, quod agit de femina exanimi [55]), et quod in codice quodam chartaceo Matritensi regio [56]) seruatur, perperam sic inscriptum: Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ ἀπνεῦν.

Aristoteles [57]) praeter alia poemata tribuit Empedocli τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν, *expeditionem Xerxis*, siue τὰ Περσικὰ, quae tamen, quod imperfecta essent, ab eius sorore, vel, vt *Hieronymus* dicit, filia, combusta fuisse narrat. Itaque sine vlla dubitatione in

similia sunt haec *Diogenis Laertii* 1, 111. sq. de Epimenide: ἐποίησε Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν καὶ θεογονίαν, ἔπη πεντακισχίλια· Ἀργοῦς ναυπηγίαν τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλουν, ἔπη ἑξακισχίλια πεντακόσια. συνέγραψε δὲ καὶ καταλογάδην περὶ θυσιῶν, καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας· καὶ περὶ Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος, εἰς ἔπη τετρακισχίλια.

55) h. e. nouem illi versus, quos §. 5. protuli. Nam praeter eos nihil continet codex Matritensis.

56) np. Cod. CXII. chartac. fol. 113. b. v. *Iriartes* catalog. p. 450. col. 2. nr. 112. qui inscriptionem male sic reddidit Latine: *Empedocles Pausaniae suasit medicamentum spiritu carens.*

57) ap. *Diog. Laert.* 8, 57. et *Eudociam* p. 170.

Digitized by Google

prosa oratione scriptis dici solet [54]). Codex *Diogenis* Vindobonensis LIX. habet πεντακόσια pro πεντακισχίλια, et verba ὁ δὲ ἰατρικὸς — ἑξακόσια prorsus omittit, *Eudocia* autem p. 169. Empedoclem scripsisse narrat

54) *Eustath.* ad Il. α, p. 29. ὁ λόγος, ἦν ὅτε τὴν τῆς παρ' ἡμῖν ψευδομυθίας τάξιν εἶχεν, — παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον — ὁ λόγος ἐπὶ τῆς ὁσημέραι ἀνθρωπίνης ὁμιλίας τίθεται. Cf. p. 9. Expediturus se ex hac difficultate *Constantinus Lascaris*, de scriptoribus Graecis Siculis, in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIV. p. 34. dicit, Empedoclem de medicina scripsisse metro et prosa. Caeterum nomen λόγος et aduerbium καταλογάδην dici solere de oratione prosa et soluta, permulti veterum loci declarant. Apud *Plat.* in Lyside T. II. opp. p. 204. opponuntur ἃ καταλογάδην διηγεῖται et τὰ ποιήματα. *Plutarchus* de Pythiae oraculis c. 7. oppõnit τὰς ποιήμασι χρωμένας et τὰς καταλογάδην λεγούσας. c. 18. καταλογάδην et ἐν μέτροις. *Athenaeus* 14, p. 635. F. ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις καὶ τοῖς καταλογάδην. *Suidas* in Παρμενίδης et *Eudocia* p. 361. δι' ἐπῶν et καταλογάδην. *Suidas*: Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός. — καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα. *Plutarch.* de fortuna Romanor. c. 1. iungit tanquam synonyma δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην. et de Pythiae oraculis c. 19. ἄνευ μέτρου καὶ καταλογάδην. *Scholia in Platonem* p. 230. ed. *Ruhnken.* aduerbium καταλογάδην interpretantur verbis τὰ πεζῷ γραφόμενα λόγῳ. Apud *Isocratem* ad Phil. p. 166. opponuntur λόγων εὑρετὴς et ποιητής. et Panath. p. 399. οἱ περὶ τὴν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες. Saepissime etiam opponuntur ποιηταὶ et λογογράφοι, vt ap. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 20. de defectu oraculor. c. 14. *Thom. Mag.* et *Phauorin.* in v. ἀνεῖλεν, ἐσθῆς, τροφέα, ὑφίσταμαι, φωνὴ etc. Inprimis autem verbis *Suidae* ad n. 53. positis

Digitized by Google

δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία τρία· ἰατρικὰ βιβλία ἕξ. Quare cum incertum esse appareat, vter vera tradiderit, *Suidas* an *Diogenes*, non huius de medicina operis, sed vel τῶν φυσικῶν vel speciatim τῶν καθαρμῶν, partem fuisse arbitror illud poemation, quod agit de femina exanimi [55]), et quod in codice quodam chartaceo Matritensi regio [56]) seruatur, perperam sic inscriptum: Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ ἀπνεῦν.

Aristoteles [57]) praeter alia poemata tribuit Empedocli τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν, *expeditionem Xerxis*, siue τὰ Περσικὰ, quae tamen, quod imperfecta essent, ab eius sorore, vel, vt *Hieronymus* dicit, filia, combusta fuisse narrat. Itaque sine vlla dubitatione in

similia sunt haec *Diogenis Laertii* 1, 111. sq. de Epimenide: ἐποίησε Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν καὶ θεογονίαν, ἔπη πεντακισχίλια· Ἀργοῦς ναυπηγίαν τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλουν, ἔπη ἑξακισχίλια πεντακόσια. συνέγραψε δὲ καὶ καταλογάδην περὶ θυσιῶν, καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας· καὶ περὶ Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος, εἰς ἔπη τετρακισχίλια.

55) h. e. nouem illi versus, quos §. 5. protuli. Nam praeter eos nihil continet codex Matritensis.

56) np. Cod. CXII. chartac. fol. 113. b. v. *Iriartes* catalog. p. 450. col. 2. nr. 112. qui inscriptionem male sic reddidit Latine: *Empedocles Pausaniae suasit medicamentum spiritu carens.*

57) ap. *Diog. Laert.* 8, 57. et *Eudociam* p. 170.

Digitized by Google

Aristotelis loco aliquo [58]), vbi Empedocles laudatur ἐν τοῖς Περσικοῖς, rescribendum est ἐν τοῖς φυσικοῖς, praesertim cum in alio loco [59]) eadem res reperiri dicatur ἐν τοῖς φυσικοῖς [60]). Idem *Aristoteles* [61]) scripsisse nostrum auctor est Πολιτικὰ et Τραγῳδίας. Vtraque scripta prorsus interierunt, ita vt ne vlla quidem eorum fragmenta hodie reperiantur. Tragoedias quidem, quarum tres et quadraginta se inuenisse dicit *Hieronymus* [62]), ab alio quodam profectas putabat *Heraclides* Serapionides: quam scio plerorumque etiam recentiorum virorum doctorum sententiam esse. Iam non quidem omnino reiicienda videri potest *Neanthis* sententia, statuentis, tragoedias ab Empedocle, sed iuuene, fuisse scriptas. Siue enim hexametris [63]), siue iambicis versibus eas compositas putemus, nihil fecit

58) Problemm. 21, 22.

59) Meteorolog. 4, 4.

60) Qua de re praeter alios v. *Bentlei.* l. l. p. 365. et *Voss.* de historicis Graecis 4, 2. extr.

61) ap. *Diog. Laert.* 8, 58. et *Eudociam* p. 170.

62) ap. *Diog. Laert.* 8, 58.

63) Nam hexametris quoque interdum scriptas fuisse tragoedias, patet e verbis *Platonis* lib. 10. de rep. T. II. p. 602. B. τοὺς τῆς τραγικῆς ποιήσεως ἁπτομένους ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι, πάντας εἶναι μιμητικούς. Quanquam iambum tragoediis et comoediis fere proprium faciunt artis poeticae magistri, *Aristoteles* poet. 4. et *Horat.* A. P. 80. sqq.

Digitized by Google

Empedocles, quod ipsius grauitate possit indignum videri. Certe etiam Plato, antequam ad Socratis disciplinam transiret, non solum heroicae, sed etiam tragicae poesi operam dedisse narratur [64]). Neque omnia, quae sub Empedoclis nomine iambis scripta circumferuntur, hanc solam ob causam, quia iambico carmine fluunt, temere esse pro spuriis atque suppositiis habenda [65]), et ipsa rei natura et Euripidis tragici exemplum declarat, qui interdum etiam hexametros versus scripsisse legitur [66]). Nihil igitur impedire videatur, quo minus Empedoclem philosophum non solum tragoediarum, sed aliorum quoque carminum iambicorum auctorem fuisse existimemus, praesertim cum *Suidas* [67]), vbi dixit, Empedoclem scripsisse physicorum libros et ἰατρικὰ, addat haec verba: καὶ ἄλλα πολλὰ, ergo fortassis etiam iambica. Sed tamen cum Empedocles nunquam a veteribus alia quam epica s. heroica carmina scripsisse dicatur [68]), cumque ex illis ipsis, quae modo diximus, satis intelligatur, iam olim dubitatum fuisse, an iambica tribui philosopho

64) v. *Aelian.* V. H. 2, 30. *Diog. Laert.* 3, 5. et vtroque loco interpretes.

65) quod fecit *Menagius* ad *Diog. Laert.* 8, 77.

66) v. *Fabric.* B. G. Vol. II. p. 256. ed. *Harles.*

67) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

68) A *Suida* l. l. Empedocles vocatur ἐποποιός.

Digitized by Google

recte possent: fateor mihi et ipsi placere coniecturam eorum, qui tragoedias profectas putant ab Empedocle iuniore, qui nostri fuerit ex filia nepos. *Suidas:* Ἐμπεδοκλῆς, θυγατριδοῦς [69]) τοῦ προτέρου, τραγικός. τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ'. Qui iunior Empedocles cum incertum vel potius ignotum sit an etiam astronomica tractauerit, nihil definiri posse intelligitur de auctore carminis illius astronomici, quod non sine elegantia quadam agit de sideribus octaui orbis, h. e. Zodiaci s. signiferi, et inscribitur Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα *). Est illud versibus iambicis 168 compositum, et in plerisque consentit cum *Arati* phaenomenis. Primus statim eius editor, *Federicus Morellus*, dubitasse reperitur, cui-

69) Cum Empedocles iunior h. l. diserte appelletur maioris θυγατριδοῦς, miror, *Mongitorem* in bibliotheca Sicula T. I. p. 179. auctoritate *Hofmanni* in lexico historico. T. I. p. 569. eum vocare Empedoclis philosophi sororis filium.

*) Cf. *Iusti Rycquii* centuria noua epistolarum ep. 29. et *Ioach. Camerar.* ad *Nicomach.* arithmet. lib. 2. p. 51. sq. ed. *Tennul.* et *Macrob.* in Somn. Scip. 1, 21. et passim. Sed locus in hanc rem classicus est apud *Aristotelem*, vel quisquis libri auctor est, de mundo cap. 2. τὸ τῶν πλανήτων (πλῆθος), εἰς ἑπτὰ μέρη κεφαλαιούμενον, ἐν τοσούτοις ἐστὶ κύκλοις ἐφεξῆς κειμένοις, ὥστε ἀεὶ τὸν ἀνωτέρω μείζω τοῦ ὑποκάτω εἶναι, τούς τε ἑπτὰ ἐν ἀλλήλοις περιέχεσθαι· πάντας γε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαῖρας περιειλῆφθαι. etc.

Digitized by Google

nam opusculum tribueret. Inscripsit enim sic: *Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα, ἢ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Empedoclis Sphaera, vel Demetrii Triclinii, senariis versibus ab eruditissimis viris castigatis descripta. Vetus est, et nunc primum in lucem edita ex bibliotheca ornatissimi et prudentissimi viri Iohannis a S. Andrea* [70]). Et *Vossius* [71]) quidem ait, hoc carmen Demetrii potius esse quam Empedoclis. Sed *Quintus Septimus Florens Christianus*, qui illud iambis Latinis vertit [72]) et emendationes quasdam addidit [73]), non longe discedere

70) Prodiit haec prima Graeca editio, *Fabricio* quidem auctore, Lutetiae 1584. 4. Alii ad annum 1586. eam referunt, vt *Vossius* de poetis Graecis c. 6. quod vnice verum esse dicit vir doctus in Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, St. VIII. Goetting. 1791. 8. p. 100. Altera editio Graeca dicitur prodiisse Lugduni 1629. 8.

71) de mathemat. 33, 10. et de poetis Graecis cap. 6.

72) Vnde factum videtur, vt *Laurentius Crassus* in historia poetarum Graecorum p. 440. diceret, *Florentem Christianum* Empedoclis opera traduxisse, praesertim cum idem *Florens* verterit epigramma de septem planetis, quod vulgo tribuitur Empedocli, in Epigrammatibus anthologiae selectis, Lutet. 1608. 8. p. 105.

73) Haec *Florentis* versio, inscripta *Sphaera vetus Graeca, quam Latinis senariis recentauit et recensuit Q. Sept. Florens Christianus*, sed ante hanc inscriptionem toto illo, quem supra posui, titulo instructa, *Ἐμπεδοκλέους — a S. Andrea*, habet Graeca adiuncta, et edita fuit ab eodem *Morello*, Paris. 1587. 4. non 1687. vt per operarum errorem legitur in *Fabricii* bibliotheca Graeca. Huius editionis Graeco-

Digitized by Google

iudicat a *Georgii Pisidae* vel stylo vel aetate. *Fabricius* denique, qui idem hoc poemation bibliothecae suae Graecae [74]) inseruit cum *Florentis Christiani* versione ac notulis [75]), ostendit, neque Demetrium Triclinium, neque Georgium Pisidam putari posse eius auctorem. Quisquis vero scripserit, Empedoclem philosophum non scripsisse conuenit inter viros harum rerum gnaros [76]), quamuis in Codice bibliothecae Marcianae Veneto DCXXXVI. manu Maximi Margunii, Cytherae episcopi, anno 1585 scripto, et in Codice Ambrosiano Mediolani, quem *Montfaucon* *) recentem appellat, et in Codicibus bibliothecae publicae Parisiensis MCCCX. et MMCCCLXXXI. [77])

Latinae exemplum est Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, eiusque notitiam debeo Doctissimo Mediolanensis Ecclesiae Canonico, Aloysio Bossio. Praeter sphaeram continentur eodem volumine alia opuscula poetica graeco-latina, np. *Aeschyli* tragoedia Septem Thebana, *Sophoclis* Philoctetes, vtraque cum eiusdem Sept. Flor. Christiani versione, *Catulli* epithalamium graeca metaphrasi poetica donatum ab eodem Florente, et *Viti Fabri Pibracii* tetrasticha.

74) Vol. I. p. 469 — 480. (p. 816 — 825. ed. *Harles.*)

75) quas *Harlesius*, Vir Illustris, in noua operis Fabriciani editione auxit pluribus *Beniam. Hederici* annotationibus ex rarissima huius editione, Dresd. 1711. 4.

76) Nam solus *Ioh. Frisius* in bibliotheca, quantum mihi quidem constabat, tribuit illud Empedocli.

*) in diario Italico p. 18.

77) Codex MDCXXX. in quo et ipso Σφαῖρα inesse

Digitized by Google

Empedoclis nomen ei praefixum legatur. Videatur igitur serioribus demum temporibus ab Alexandrino forsan mathematico quodam compositum fuisse [78]), et potest aliquis, qui sciret, in genuinis Empedoclis scriptis commemorari τὸν σφαῖρον, libro vel suo vel alieno, quo maiorem ei auctoritatem conciliaret, praefixisse nomen Empedoclis.

Magis dubitari possit, an carmen de stellis errantibus, quod in Codice Veneto supra laudato et in tribus Codicibus bibliothecae quondam regiae Parisiensis [79]) legitur, et tredecim versus complectitur, ab Empedocle iuniore scriptum, nec potius pars librorum περὶ φύσεως fuisse putandum sit. Compositum enim est versibus hexametris, non iambicis, vt dicit Ill. *Harlesius* [80]). Neque ex eo, quod huius

dicitur, nullo modo reperiri potuit a *Caussino*, Codicum MSS. custode. De alio eiusmodi Codice (nr. MMMDII.) v. *Fabric.* B. G. Vol. X. p. 479. et *Steph. le Moyne* varia sacra T. I. p. 519. et in prolegomenis ***. 1. 2.

78) Sic *Achilles Tatius* scripsit περὶ σφαίρας, cuius operis pars hodie extat sub titulo: ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα, et *Menelai* tres libri sphaericorum latine versi leguntur in *Marii Mersenni* synopsi mathematica, Paris. 1644. 4. Vterque autem, et *Achilles* et *Menelaus*, patria fuerunt Alexandrini.

79) Nam praeter eos, quos supra nominaui, extat etiam in Codice MMMXLVII. Cf. *Bandur.* Imper. Oriental. T. II. p. 615. ed. Venet.

80) ad *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 813.

Digitized by Google

carminis fronti in Codice Veneto DCXXXVI. et in Codicibus Parisiensibus MCCCX. et MMCCCLXXXI. vbi Sphaera praecesserat, inscripta sunt verba: τοῦ αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους, videtur recte colligi posse, eiusdem auctoris esse carmen vtrumque. Nihil enim facilius fieri potuit, quam vt librarius nominum similitudine deceptus vtrumque ab eodem profectum iudicaret. Neque ei, qui pro genuino poemation istud habuerit, recte opponi illud potest, quod nullus versuum, qui eo continentur, ab alio vllo scriptore antiquo laudatus reperiatur. Nam eadem ratio est aliorum Empedoclis versuum non paucorum. Praeterea ipsum carminis argumentum non repugnat iis, quae *Plutarchus* [81]) et *Eusebius* [82 a]) dicunt Empedoclem de planetis statuisse. At valde verendum est, ne lectores diligentes et acuti non solum leuiora iudicent haec argumenta, quam quibus demonstrari possit, Empedoclem philosophum esse carminis auctorem, sed nec ab iuniore quidem Empedocle illud elaboratum existiment. Quamuis enim hoc ipsum epigramma sine auctoris nomine editum sit in *Stobaei* eclogis physicis [82 b]), in *Aldi Manutii* anthologia Graecorum epigram-

81) de placitis philosophorum 2, 13.

82 *a*) praep. euangel. 15, 30.

82 *b*) c. 9. p. 12. ed. Genev. 1609. fol.

Digitized by Google

matum [83]), in anthologia *Henrici Stephani* [84 a]), et *Iohannis Brodaei* [84 b]), et *Hieronymi de Bosch* [84 c]), et in *Gronouii* notis ad *Manethonis* apotelesmatica [85]), et quamuis *Hermeti* tribuatur in *Stobaei* Codicibus manu scriptis [86]): dubitari tamen vix potest, quin *Theonis Alexandrini* sit hoc poemation. Nam non solum septimus eius versus sub *Theonis* nomine extat in libro primo anthologiae extremo *), atque inde in *Brunckii* analectis veterum poetarum Graecorum [87]), sic inscriptus: μονόστιχον εἰς τὴν ἑβδομάδα, sed etiam *Maximus Planudes* integrum epigramma diserte refert ad Theonem, ita vt *Brunckius*, Planudis auctoritate

83) in appendice edit. 2. Venet. 1521. 8. p. 285. Priorem enim editionem conferre non licuit.

84 *a*) itidem in appendice, p. 494.

84 *b*) quae ex officina Wechelii prodiit. Frcf. 1600. fol. in appendice p. 3.

84 *c*) T. III. p. 288.

85) p. 267. vbi proferens hos versus, Nescio, inquit, an editos, certe dignos qui legantur. Cf. *Scaliger* ad *Manil.* 1, p. 35. ed. Lutet. 1579. 8.

86) cap. 6. eclog. phys. T. I. p. 174. edit. Cel. *Heeren*, qui ex Orphicis potius carminibus petitum coniicit. Latinis versibus eleganter reddidit *Grotius* in sententiis poetarum excerptis a Stobaeo, Paris. 1623. 4. p. 134. De *Q. Septimii Florentis Christiani* versione v. not. 72.

*) p. 73. ed. *Ald.* p. 125. edit. *Steph.* 1566. 4. T. I. p. 362. ed. *Bosch.* p. 179. ed. Wechel.

87) T. II. p. 405. nr. II.

Digitized by Google

ductus, recte illud *Theonis* nomine inscriptum ediderit [88 a]). Praeterea etiam saepius factum est, vt idem carmen ab aliis alium auctorem habere diceretur. Sic scolion illud, quod *Brunckius* **) Simonidi tribuit, in Scholiis Platonicis, quae *Siebenkeesius* primus edidit ***), ab aliis tribui legitur Epicharmo. Qua de re nihil monuit *Brunckius*. Sic versum illum *Hesiodi* [88 b]):

οἳ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων,

Aristoteles [88 c]) tribuit Democrito Chio, *Eustathius* [88 d]), quanquam cum aliqua immutatione, Callimacho, *Aelianus* denique [88 e]) suppresso auctoris nomine affert. Quod denique *Abulpharajius* [89]) Empedoclem dicit librum scripsisse ad refutandum resurrectionem spi-

88 *a*) T. III. p. 4. nr. II. Cf. *Brunckii* lectiones ad Analecta T. III. p. 219. *Iacobs* tamen V. C. (animaduu. in epigrammata antholog. Graec. Vol. II. P. III. p. 196. sq.) non certum putat, Theonem esse totius illius carminis, de quo quaeritur, auctorem.

**) Analectt. T. I. p. 122. nr. XI.

***) in anecdotis graecis p. 29. Cf. *Koen.* ad *Gregor.* de dialectt. p. 155. qui ostendit, idem carmen *Scleriae* tribui in *Stobaei* serm. 101. p. 552.

88 *b*) Ἔργ. 265.

88 *c*) rhetor. 3, 9.

88 *d*) ad *Homer.* Il. ε, p. 522.

88 *e*) hist. animm. 7, 11.

89) vid. supra §. 2.

Digitized by Google

ritualem, multo magis corporalem, id ego quidem non satis intelligo. Possis forsitan ad dogma de metempsychosi referre.

Superest vt de dialecto, qua in componendis carminibus suis Empedocles vsus sit, quaedam dicantur. Dorica dialecto eum scripsisse coniiciat quis, vel quia haec fuisset patria Siculorum, certe Agrigentinorum [90]), lingua, vel quia Pythagoreis non nisi hanc in scriptis adhibere liceret, quippe quae omnium et antiquissima [91]) esset, et propter obscuritatem ad celanda dogmata maxime idonea [92]). Cum vero Empedoclem neglectis his causis Ionice scripsisse doceant operum eius reliquiae, viri docti recte quaesiuerunt, cur ita fecisse putandus esset. Et primo qui-

90) v. *Thucyd.* 6, 4. et *Bentleii* opuscula p. 23. sq. et *Heynii* opusc. academ. Vol. II. p. 260. Sic Acron, Empedoclis popularis, scripsit Dorice. v. *Suid.* in v. Ἄκρων et *Eudocia* p. 49. Sed *Gabriel Lancellottus Castellus*, Princeps *de Torremuzza*, in prolegomenis ad nouam collectionem inscriptionum Siciliae, (Panormi 1784. fol.) sect. I. demonstrare conatus est, in Sicilia tres olim dialectos in vsu fuisse, Doricam, Ionicam, et eam quae media inter has fuisset. Cf. *Muret.* V. L. 15, 28. Recte. Agrigentum quoque fuit Ionum colonia. v. *Strabo* 6, p. 272. (417.)

91) hoc est, a primis statim coloniarum in Italiam deductoribus inuecta.

92) v. *Iamblich.* vit. Pythag. §. 104. Cf. *Scheffer* de philosophia Italica p. 133 — 135. edit. *Schurzfleisch.* Vitemb. 1701. 8.

Digitized by Google

dem afferri solent aliorum scriptorum exempla, qui, quamuis in vrbe Doriensi vel Sicula nati, tamen alia potius quam patria, id est Dorica, lingua vti in scribendo voluerunt. Diodorus enim Agyrinensis Siculus scripsisse reperitur Attice, Hippocrates Cous et Herodotus Halicarnassensis et Hellanicus Mitylenaeus Lesbius Ionice [93]), quos nemo de hoc facto reprehendit. Potuit igitur Empedocles idem fecisse. Quod vero Pythagoreorum leges non obseruauit, videtur vel ex iis explicari posse, quae supra dixi, non genuinum eum Pythagoreum censendum esse, vel e summo eius studio, aliis quantam posset vtilitatem afferendi. Certe *Neanthes* [94]) narrat, *ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίευσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῷ.* Quae verba ita reddenda esse putabat *Fabricius* [95]): *Pythagoricos cum Philolao et Empedocle etiam dogmata sua communicasse. Postquam vero Empedocles poemata illa vulgare coepit, latam esse legem, vt versificator omnis inde arceretur.* Iam etsi non ego definiuero, vtrum recte sentiant, quibus haec Empedoclis

93) v. quae de Pherecyde dixi p. 64.
94) ap. *Diog. Laert.* 8, 55. et *Eudociam* p. 169.
95) biblioth. Graec. Vol. I. p. 499. (p. 863. ed. *Harles.*)

Digitized by Google

λογοκλοπεία [96]) videtur conficta esse [97]), an qui vere eam factam, et eo quo retulimus modo punitam a sodalibus statuunt [98]): tamen ausim affirmare, si quis *Neanthis* atque *Timaei* traditionem sequatur, optime apparere causam, cur Empedocles patriae dialecto praetulerit, et vero etiam praeferre debuerit, Ionicam. „Nam „carmen scripturus epicum, inquit *Bentle-* „*ius* [99]), ingenii excellentioris indicium prae- „buit, cum patriae dialecto Ionicam praefer- „ret, qua Homerus eiusque sectatores ante „eum fuerant vsi, quamque dominari, vt par „erat, in carmine heroico voluerant. Neque „enim in Dorico sermone tanta gratia, tanta „maiestas, vt par esset eius argumento; qui „mimis, comoediis, et bucolicis, quibus per- „sonae minus illustres inducuntur, aptus; „vel epigrammatis tenuioris styli operis; vel „lyricis et choris tragoediarum ad modum „Dorium; non vero heroicis, sine magno „detrimento." Sane Ionica dialectus ab *Her-*

96) Ita vocatur a *Timaeo* ap. *Diog. Laert.* 8, 54. et ab *Eudocia* p. 169. Sed *Ioach. Kühnius* malit λογοεπεία.

97) in quorum numero est Ill. *Harlesius* ad *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. I. p. 810. et 863.

98) Praeter *Bruckerum* ab *Harlesio* citatum vid. *Bonamy* p. 58. et *Scheffer* lib. laud. p. 155. sqq. et *Tiedemann* in Griechenlands erste Philosophen p. 355.

99) Opusc. philol. p. 27.

Digitized by Google

mogene [100]) vocatur ποιητικὴ φύσει, καὶ ἡδεῖα. Itaque, vt iterum dicam, videtur Empedocles Ionice scribere pene debuisse, cum semel constituisset epico carmine [101]) prodere mysteria Pythagorica.

§. 7.

Vt autem in quolibet viro docto non solum ad ingenium et eruditionem, sed etiam ad animum moresque attendere fas est: ita Empedoclis mores quinam fuerint, vt paucis ostendatur restare existimo. Quod quidem quo fiat rectius, primo loco ponendum est, quod *Diogenes Laertius* [1]) memoriae prodidit, eum amplissimis abundasse diuitiis. Ita enim reliqua facilius poterunt intelligi, atque de ipsa animi indole melius iudicari. Et splendoris quidem externi eum fuisse studiosissimum, praeter *Diodori Ephesii* [2]) verba demonstrant varia exempla. Nam λιτότης, quae ei tribuitur apud *Diogenem Laertium* [3]), ex vniuersa orationis serie interpretanda est *vita*

100) pag. 406. ed. Laurent.

101) Nam de poeta epico intelligendum putabam nomen ἐποποιὸς in loco supra posito, non de quolibet versificatore, vt interpretatus erat *Fabricius*, et *Mongitor.* Cf. § 4.

1) 8, 66. 71. 73.

2) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. vbi dicitur τραγικὸν ἀσκῶν τῦφον καὶ σεμνὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα.

3) 8, 63.

Digitized by Google

priuata, et remota ab administratione reipublicae, non vitae simplicitas ea, quae in frugalitate cernitur. Vtebatur enim veste purpurea [4]) et calceis aeneis [5]), comamque ornabat fasciis egregie purpureis [6]), coronam Delphicam gestabat et pueros habebat pedissequos [7]). *Suidas* [8]) fere eadem tradit: *στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ Ἀμύκλας ἐν ταῖς ποσὶ χαλκᾶς, καὶ στέμματα Δελφικὰ ἐν*

4) Nisi *subfusca* vertendum putes vocabulum *ἁλουργῆς*, vt apud *Eustath.* ad Il. α, p. 6. *ἁλουργὰ ἐσθήματα* sunt *coerulea vestimenta.* Cf. *Hadr. Iunii* animaduersa 2, 2. in *Gruteri* thesauro critico T. IV. p. 352. sq. Sic Piso, grauitatem quandam affectans, a *Cicerone* pro Sext. 8. dicitur vestitus purpura plebeia ac pene fusca. Et in *Platonis* Timaeo T. III. p. 68. C. *ἁλουργοῦν* explicatur, *ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε πραθέν.*

5) *Aelian.* V. H. 12, 32. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἁλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς.* *Neanthes* ap. *Diog. Laert.* 8, 73. (quem locum exscripsit *Hesychius Milesius* p. 32.) narrat, *πορφύραν τε ἀναλαβεῖν αὐτὸν, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν· ἔτι τε ἐμβάδας χαλκᾶς, καὶ στέμμα Δελφικόν.* Cf. §. 69. *Strabo* 6, p. 274. ed. *Casaub.* p. 420. ed. *Almelou.* *Tertullian.* de pallio c. 4. p. 8. ed. *Pamel.* *Eudocia* p. 170.

6) *Philostrat.* in vita Apollonii 8, 7, 6. *στροφίων τῶν ἁλουργοτάτων περὶ αὐτὴν. (κόμην) ἁρμόσας ἐσώβει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιάς.* Cf. not. 5.

7) v. *Diog. Laert.* 8, 73. et *Hesych. Miles.* l. l.

8) in v. *Ἀμύκλαι* et *Ἐμπεδοκλῆς.*

Digitized by Google

ταῖς χερσὶν, ἐπῄει τὰς πόλεις δόξαν περὶ αὑτοῦ κατασχεῖν ὡς περὶ θεοῦ βουλόμενος. Quod igitur *Philostratus*, et *Phauorinus* et *Hesychius Milesius* στρόφιον appellant, id *Suidas* στέμμα vocat. Hoc vero siue στρόφιον siue στέμμα omnes nominant χρυσοῦν, praeter *Philostratum*, qui ἀλουργόταον appellat. Quare videtur intelligenda esse *fascia lanea purpurei coloris, sed auro intexta*, qua quia caput redimire solebat Empedocles, apparet eandem recte dici posse στέμμα, *redimiculum, struppum.* Proprie quidem στρόφιον fuit breuis fascia, quae virginalem papillarum tumorem cohibebat [9]), quae eadem vocabatur ταινία. Sed ad nostram rem faciunt verba *Festi:* „Struppus est, quod Atteius Philologus exi„stimat, quod Graece στρόφιον vocatur, et „quod sacerdotes pro insigni habent in ca„pite: quidam coronam esse dicunt, aut quod „pro corona insigne in capite imponatur, „quale sit strophium.“ [10]) Ab Empedocle ipso τὰ στρόφια vocantur ταινίαι, vt paulo post docebitur. Calcei s. crepidae Empedoclis, ἐμβάδες, dicuntur a *Suida* Ἀμύκλαι, et in altero loco explicantur κόσμιόν τι ὅπερ

9) v. *Nonius Marcellus* p. 562. edit. *Plantin.* 1565. 8. *Pollux* 5, 96. 7, 67. 95. *Athenaeus* 7, p. 326. A.

10) Cf. *Plin.* H. N. 21, 2. et *Suid.* in v. στρόφιον.

Digitized by Google

UNIV. OF CALIFORNIA

ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς. Scilicet erat genus Laconicorum calceorum. *Scholiastes Theocriti* [11]): Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνική. ὅθεν καὶ Ἀμύκλαι, εἶδος ὑποδήματος, — ἀπὸ Ἀμυκλαίου τοῦ πρώτου ὑποδήματα εὑρόντος. Sed prior ratio verior est. *Pollux* [12]): Ἀμυκλαῖδες, ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα μὲν, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. Tales calceos gestare non erat cuiusuis. Erant enim pretiosissimi, vel quia e longinqua terra in Siciliam essent aduehendi, vel propter ipsam, e qua facti erant, materiam. *Hesychius:* Ἀμυκαλίδες (leg. Ἀμυκλαῖδες)· εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ. Caeterum quia crepidae istae cum solo collisae sonitum edebant cymbalis similem, propterea *Tertullianus* *) haec scripsit de Empedocle: „sericatus et crepidam aeratus incessit: „digne quidem, vt bacchantibus indumentis „aliquid subtinniret, cymbalo incessit.“ [13]) Sed στέμμα Δελφικὸν quale fuerit, non satis videatur constare. Posset quis interpretari coronam lauream, quia laurus maxime Apollini

11) ad idyll. 10, 35.

12) 7, 88.

*) de pallio c. 4. p. 8. ed. *Pamel.*

13) v. *Fr. Adolph. Lampe* de cymbalis veterum, Trai. ad Rhen. 1703. 12. p. 9. sqq. et in Addendis.

Digitized by Google

sacra fuit [14]). At cum in praecedentibus iam στέμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς commemoratum legatur, et *Suidas* diserte dicat στέμματα Δελφικὰ ἐν ταῖς χερσὶν [15]), haec interpretatio ferri nequaquam potest. Possent quoque στέμματα Δελφικὰ esse corollae s. annuli aurei, formam coronarum, quae ex lauri frondibus foliisque fiebant, forte referentes, quibus manus et brachia ornauerit Empedocles, ita vt fere eadem essent quae περιβραχιόνια vel περίχειρα. Nam late patet vocabulum στέμμα [16]), nec solum caput coronatum siue redimitum fuisse vel ex *Athenaeo* [17]) cuilibet notum est. Verum haud dubie apud *Suidam*, vt multis aliis in locis [18]), στέμματα sunt

14) v. *Phaedrus* 3, 17, 3. *Ouid.* metamm. 1, 450. sqq. *Eustath.* ad *Homer.* Il. α, p. 24. omninoque *Ioh. Gerardi Wagneri* laurus ex omni antiquitate eruta, Helmst. 1732. 8. p. 16. sqq. Vnde ap. *Horat.* 4, od. 3, 6. *Delia folia* sunt laurea. it. ap. *Lucan.* 5, 144. laurus vocatur *Phocaica*, i. e. Delphica. Sic ap. *Lucret.* 6, 153. Phoebi *Delphica* laurus. Cf. *Horat.* 3, od. 30, 15. sq. et *Claudian.* gigantomach. 34.

15) *Phauorinus* in v. Ἀμύκλαι haec omisit.

16) Recte *Paschalius* de coronis 1, 2. p. 7. ed. Paris. 1610. 4. ita iudicat: „Nomine στέμμα donant grammatici „illa omnia, quae ornatus causa circumponuntur manibus „aut ceruici, cum στέφανον dicant esse eam solam coro„nam, quae caput euincit."

17) lib. 15. p. 674.

18) v. c. *Homer.* Il. α, 14. *Eurip.* Suppl. 36. Androm. 895. vbi Schol. ἔθος ἦν, τοὺς δεομένους ἐλαίας κλάδους

Digitized by Google

rami duabus vittis et infulis ex lana nexis atque tortis obuoluti, ita quidem vt vittarum istarum partes vltimae fere vltra gestantis manum promitterentur ac dependerent *). Species talis στέμματος extat in *Gorii* Columbario Liuiae tab. VII. Alio nomine haec στέμματα vocantur εἰρεσιώναι [19]). Quae cum proprie essent supplicum, omninoque eorum, qui aliorum opem sibi implorandam putarent, factum est vt saepe dicerentur ἱκετηρίαι, ἱκετήριοι κλάδοι, ἱκέσιοι κλάδοι, ἱκτῆρες θαλλοὶ, ἱκετῶν ἐριόστεπτοι κλάδοι [20]). Cum vero iidem isti ramuli vel lauri essent vel

καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τῷ στόματι ἔχοντας δέεσθαι. Et ad Orest. 383. εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ, ὅτε ἱκέτευον τοὺς ὑπερέχοντας, φέρειν ἐν χερσὶ στέφανον ἐκ φύλλων, ἢ δάφνης, ἢ ἐλαίας.

*) *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. 3. et ex eo *Phauorinus*: στέμμα δέ ἐστι τὸ προσειλημμένον ἔριον τῷ θαλλῷ. *Schol. Aristoph.* Plut. 1055. εἰρεσιώνη, στέμματα πρὸ τῶν πυλῶν περιειλημμένα πλακουντικοῖς τισὶ κολύροις καὶ ἄλλοις τισὶ τοιουτοτρόποις τοῖς τε ὡραίοις καρποῖς, καὶ ἐλαίῳ ἀποκεκραμένα, etc. Cf. *Suid.* et *Phauor.* in v. εἰρεσιώνη.

19) v. *Schol. Aristoph.* et *Suid.* et *Phauorin.* locis laudatis, et *Car. Dau. Ilgenii*, viri amicissimi, Εἰρεσιώνη Homeri, Lips. 1792. 4. p. 5. sq. Latine dicuntur vel *velamenta* (v. *Liu.* 34, 30.), vel *infulae* (v. *Liu.* 30, 36).

20) v. Interpretes ad *Eurip.* Ion. 423. Heraclid. 227. Suppl. 259. Ill. *Heyn.* ad *Virgil.* Aen. 7, 154. *Koeppen* ad *Homer.* Il. α, 14. p. 17. inprimisque *Ilgen.* l. l. qui egregie demon-

Digitized by Google

oliuae [21]), patet, nomen *Δελφικὰ* a *Suida* additum esse ideo, vt quisque statim intelligeret, laureos gestasse Empedoclem. Vnde *Constantinus Lascaris* in libello de scriptoribus Graecis Siculis [22]) simpliciter dixit, eum in manibus tulisse laurum. Videtur autem Empedocles eiusmodi *στέμμασιν* vsus esse, vel quia pertinebant ad cultum sacerdotalem [23]), quo augustior ipse appareret, vel quia laurus putabatur vim vaticinandi habere [24]), quo facilius popularibus persuaderet de sua doctrina, vel quia *εἰρεσιώνη* erat signum diuitiarum et abundantiae [25]).

Has insignes Empedoclis diuitias earumque splendidum vsum multa et bona et mala sequebantur et quasi comitabantur. Primo enim, vt alii veterum medicorum, gratis narratur homines curasse et humanitatis causa [26]). Deinde illud quoque beneficium commemo-

strauit, horum *στεμμάτων* vsum maxime fuisse in *Θαργηλίοις* et *Προηροσίοις*, in memoriam veteris cuiusdam supplicationis publicae. Cf. *Paschalius* 5, 15. p. 332. sq.

21) v. auctores not. 19. laudati, et not. 18.

22) in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIV. p. 34.

23) v. *Homer.* l. l. *Plato* lib. 3. de rep. T. II. p. 393. E. *Plutarch.* in vita Pelopidae c. 12. extr. *Virgil.* Aen. 2, 430.

24) v. *Wagneri* laurus p. 89. sqq.

25) v. *Ilgen.* l. l. p. 13.

26) v. *Galen.* *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων* lib. 9. T. I. ed. Basil. p. 334, 25.

Digitized by Google

randum est, quod praestitit multis ciuium inopum filiabus, quas dotauit et instruxit [27]). Quibus aliisque haud dubie pluribus eiusmodi factis, vt philosophiae medicinaeque scientia, non modo summum sibi popularium amorem ac fauorem conciliauit, sed nec apud exteros exiguam famam nactus est, ita vt Olympiae peregrinans omnium in se oculos conuerteret, et neminis aeque saepe et aeque honorifice mentio in coetibus familiaribus esset atque Empedoclis [28]). Possent etiam in eius virtutibus numerari modestia et popularitas, tanto sane magis laudandae, quanto in hominibus opulentis ac potentibus esse solent rariores. Et *Aristoteles* [29]) quidem tradidit, eum liberum fuisse et ab omni imperio alienum, quippe qui, *Xantho* teste, etiam regnum a ciuibus sibi oblatum recusauerit. *Neanthes* [30]) retulit, post Metonem mortuum, cum tyrannidis germina pullulare coepissent, persuasisse Empedoclem Agrigentinis, vt cessarent a seditionibus, ciuilemque potius aequalita-

27) v. *Neanthes* ap. *Diog. Laert.* 8, 73. et *Hesych. Miles.* p. 31. et *Eudocia* p. 170. vbi perperam legitur πηῖσαι pro προικίσαι.

28) v. *Diog. Laert.* 8, 66. quem locum non dubitarem de Empedocle auo intelligere, nisi sequeretur verba, in quibus philosophi mentio fuerat. Cf. *Bonamy* p. 67.

29) ap *Diog. Laert.* 8, 63.

30) ap. *Diog. Laert.* 8, 72. Cf. *Eudocia* p. 170.

Digitized by Google

tem exercerent [31]). Eiusdem popularitatis et iustitiae amoris duo exempla narrat *Timaeus* [32]). Inuitatus enim a quodam procerum, cum coena non inferretur, tacentibus reliquis indignatus iussit inferri. Conuiuator vero se exspectare dixit senatus ministrum et hunc, cum aduenisset, fecit magistrum conuiuii. Qui cum aut bibere iussisset, aut caput mero perfundi, celauit quidem illo die indignationem Empedocles, sed postridie coacto iudicio damnandum et interficiendum curauit vtrumque, et conuiuatorem et symposiarcham. Ex his intelligitur simul causa, cur popularis esse philosophus noster inceperit. Deinde Acrone medico locum petente a senatu, quo exstrueretur monumentum paternum, propter insignem artis medicae peritiam *), prodiit Empedocles atque id fieri prohibuit, multa disserens de aequalitate, et ita fere interrogans: Quale vero inscribemus elogium? Num hoc: **)

31) Simile quid fecerat Pythagoras in Italiae Siciliaeque ciuitatibus, et quidem διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, in his Agrigenti. v. *Porphyr.* vit. Pythag. §. 21.

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 64. sq. Cf. *Hesych. Miles.* l. l.

*) de qua v. quos laudat *Caietanus d' Ancora* della Economia fisica degli antichi nel costruire le Città (Neapoli 1796. 8.) p. 144.

**) *Diogenes* 8, 65. vt *Hesych. Miles.* p. 31. dicit: τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο; Sed *Stephanus*, qui hoc

Digitized by Google

ἄκρον ἰητρὸν, Ἄκρων', Ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου,
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης 33).

Explicari ex hoc epigrammate possunt verba *Plinii* 34): „alia factio ab experimentis se co„gnominans Empiricen, coepit in Sicilia, „Acrone Agrigentio Empedoclis physici auto„ritate commendato." Commendatio enim ista putanda est facta esse per illos ipsos versus modo allatos, quanquam non serio, sed satyrico, vt videtur, animo factos, quos laudant, praeter *Diogenem Laertium* et *Hesychium Milesium*, *Suidas* 35) et *Eustathius* 36), qui tamen Empedoclis nomen non addidit, ea de causa fortassis, quoniam carmen illud, quod etiam in *Brunckii* analectis veterum poetarum Graecorum 37) legitur, et ab Empedocle profectum esse ostendi potest *Plinii* loco, alii Simonidi adscribunt, teste *Diogene* 38).

epigramma poesi philosophicae p. 31. inseruit, p. 220. legendum coniicit τίνι δὲ ἐκιγρ. ἐλ. ἢ τούτῳ; *Menag.* ad *Diog.* l. l. et 6, 86. monuit, ἔλεγεῖον significare *parvum poema* atque adeo *distichon.*

33) Alii pentametrum ita legisse traduntur:
ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

34) H. N. 29, 1.

35) in v. Ἄκρων.

36) ad *Homer.* Odyss. ι, p. 1634, 10.

37) T. I. p. 163. etiam in *Boschii* anthologia Gr. T. III. p. 332. sed sine auctoris nomine.

38) 8, 65. vbi haud dubie pro τοῦτον ex *Suida* legen-

Digitized by Google

Tertium, quod huc referendum videtur, exemplum narrat idem *Diogenes* [39]) his verbis: *ὕστερον δ' ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα κατέλυσε συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία. ὥστε οὐ μόνον ἦν τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ τῶν τὰ δημοτικὰ φρονούντων.* In his videntur quaedam difficultates inesse. Nam et coetus mille virorum quinam fuerit, non satis liquet, et dubium est quo pertineat participium *συνεστώς*. Scilicet *τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα* videtur fuisse *summus Agrigentinorum senatus*, quem cum vidisset Empedocles saepe iniuste et tyrannorum more agere, antiquauit, quamuis in tres annos lectum, vel quamuis iam per triennium perstitisset. Nam *συνεστὼς* cohaeret haud dubie cum nomine *ἄθροισμα*, neque nimis magnus videri cuiquam debet mille senatorum numerus. Athenis enim constat quingentos fuisse, et *Ἡλιαία* fuit, auctore *Phauorino*, *τὸ μέγιστον δικαστήριον Ἀθήνησιν — χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων.* Agrigentum autem ingenti ciuium multitudine abundauit, vt infra docebitur, et Crotonia-

dum est *τοῦτο*. Referri enim pronomen debet ad *ἐλεγεῖον*, non ad *στίχον*.

39) 8, 66.

Digitized by Google

tarum senatus constitit ipse quoque mille hominum numero [40]).

Quamuis vero negari nequeat, Empedoclem et modestum in multis rebus et popularem fuisse [41]), aliisque virtutibus ornatum: graues tamen auctores pene efficiunt, vt saepe eum arrogantem nimioque sui amore captum fuisse nobis persuadeamus. Et sane non solum potentia et diuitiae, quibus egregie valebat, sed etiam insignis rei medicae caeterarumque quas descripsimus artium peritia tantum ei honorem tantamque gloriam comparauerant, vt, nisi omnibus modis sibi ac diligenter caueret, ipse sensim persuadere sibi facile posset, se non tantum his, quos nactus esset, sed multo amplioribus dignum esse honoribus. Praeter alia autem consecutus erat hoc honoris, vt ei regnum offerretur. Quam dignitatem fieri facile potuit vt eam ob causam recusaret, vt magis exsplendesceret modestiae virtus, vtque ipse maioribus, hoc est diuinis, honoribus dignus putaretur. Cum hos quoque a Selinuntiis accepisset, accedentibus ob diuitias adulatori-

40) v. *Valer. Max.* 8, 15. ext. 1.

41) *Timaeus* ap. *Diog. Laert.* 8, 66. dicit, eum *ἐναντίαν τῇ πολιτείᾳ ἐσχηκέναι γνώμην*. Vbi per *τὴν πολιτείαν* intelligenda videtur *forma ciuitatis patriae, qualis tum erat*, np. aristocratica.

Digitized by Google

bus [42]) eo progredi potuit, vt ipse deum se nominaret ac vestitu vteretur inusitato et pretioso. Nam Pythagorei vtebantur vestibus albis, lineis, pallio sordido, calceis vel nullis vel e papyro factis, capillis tonsis [43]). His omnibus contraria fecisse Empedoclem, e superioribus patet, et eius facta egregie conueniunt cum iis, quae Lysias, Epicureus philosophus, idemque tyrannus Tarsensis, fecisse legitur. Ille enim, vt vtar verbis *Athenaei* [44]), ὑπὸ τῆς πατρίδος στεφανηφόρος αἱρεθεὶς, τοῦτ' ἔστιν ἱερεὺς Ἡρακλέους, οὐκ ἀπεπέθετο τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν. πορφυροῦν μὲν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς, χλαμύδα δὲ ἐφεστρίδα περιβεβλημένος πολυτελῆ, καὶ ὑποδούμενος λευκὰς Λακωνικὰς, στέφανον δάφνης χρυσῆς ἐστεμμένος.

Pauca haec afferre volui, quo luculentius

42) Adulatores enim non ei defuisse, intelligimus ex iis, quae de Pausania narrat *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 67. sq. et *Hesych. Miles.* l. l.

43) v. *Scheffer* de philosophia Italica p. 150 — 154. *Boye* diss. de legibus cibariis et vestiariis Pythagorae, earumque causis, Ien. 1711. 4. *Dresigius* de alba stola Pythagorae, Lips. 1736. 4. Sed ipse etiam Pythagoras coronam auream gestasse legitur apud *Aelian.* V. H. 12, 32. haud dubie vt haberetur ac videretur sacerdos deorum. v. *Perizon.*

44) 5, p. 215. B. C.

Digitized by Google

appareret, fieri potuisse vt a simplicitate morum et modestia declinaret philosophus. Videamus iam ipsa veterum testimonia. *Diogenes* quidem *Laertius* [45]) et *Hesychius Milesius* et *Eudocia* eum vestitu supra descripto vsum, coma prolixa [46]), et vultu tristi atque austero, pedissequis comitantibus in publicum prodiisse et per vrbes circumiuisse narrant eo consilio, vt pro deo haberetur ab incolis, qui habitum eius tanquam regiae dignitatis insigne venerarentur [47]). Ἀλαζὼν et φίλαυτος vocatur a *Diogene* [48]). Τὸ ἀλαζονικὸν eius reprehenditur a *Tatiano* [49]). Coelitem siue deum se delirasse dicitur a *Tertulliano* [50]). Denique ipse initio τῶν Καθαρμῶν scripsit haec [51]):

ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,

45) 8, 73. collato *Suida* in v. Ἐμπεδοκλῆς.

46) quae erat hominum superborum. v. *Iunius* de coma c. 4. et 7. in *Gruteri* Lampade s. Face artium liberalium T. IV. p. 514 — 520. et p. 533.

47) Cf. *Philostrat.* vit. Apollon. 8, 7, 6.

48) 8, 66.

49) orat. contra Graecos p. 143. D. ed. Colon. 1688. fol.

50) de pallio cap. 4. p. 8. et de anima cap. 32. p. 587. ed. *Pamel.*

51) ap. *Diog. Laert.* 8, 62. Cf. §. 54. et 66.

Digitized by Google

ταινίαις περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείης.
τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἴκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι. οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μύριοι, ἐξερέοντες ὅπη πρὸς πέρδος ἀταρπός·
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δέ τι νούσων
παντοίων ἐκύθοντο πλύειν εὐηκέα βάξιν.

et alio loco [52]):

ἀλλὰ τί τοῖσδ' ἐπίειμ' ὡσεὶ μέγα χρῆμά τι πράσσων,
εἰ θνητῶν περίειμι πολυφθορέων ἀνθρώπων;

Ex his facile quis colligat, satis magnam fuisse Empedoclis arrogantiam. Ne quid tamen dissimulem, aut iusto in eum videar iniquior, *Sextus Empiricus* [53 a]) defendere eum ab hoc crimine ita conatur, vt ad antiquum dogma, Pythagoreum illud et Empedocleum, prouocet, quo statuebatur, similia cognosci similibus. Putat igitur, Empedoclem se deum appellasse, quia, cum solus mentem a prauitate puram et imperturbatam tranquillamque conseruasset, per eum, qui in ipso erat, deum, comprehenderit s. cognouerit illum, qui erat extrinsecus, hoc est, quia ob sapientiam magis quam alii homines ad Dei similitudinem accedere plenioremque Dei notitiam habere visus

52) ap. *Sext. Empir.* adu. Mathematt. 1, 302.

53 *a*) loco laudato §. 303. Cf *Guil. Irhouius* de palingenesia veterum, Amst. 1733. 4. p. 244. sqq. et *Cic.* somn. Scip. 8.

Digitized by Google

sit. Diuino enim numine se afflatos, animumque humanum partem Dei esse putabant multi veteres philosophi. Iam videtur quidem vera esse haec interpretatio, etiam *Mongitori* probata, et consentiens cum iis, quae supra (§. 6.) de simili *Philostrati* loco me dicere memini. Sed tamen vel sic videtur recte arrogantiae accusari Empedocles, perinde ac nostra aetate illi, qui tale quid iactant, philosophi [53 b]), quia, quod humanam conditionem longe superat, se finem vltimum philosophiae consecutum esse existimauit, qui Pythagoreis aliisque philosophis fuit hic, vt tandem homo redderetur Deo similis, vel potius Deus, quia sapientia in hominem non caderet. Debebat igitur addere: κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ [54]).

Vt vero tandem, quid ego de his criminibus sentiam, ingenue profitear, videtur mihi Empedocles diuitiis suis, adulatoribus et exemplo ciuitatis luxui deditae [55]) ipse

53 *b*) v. c. *Frid. Guil. Iosep. Schelling* in libro, qui inscribitur *Bruno oder über das göttliche und natürliche Princip der Dinge.*

54) v. *Scheffer* de philos. Ital. cap. 7. et *Iac. Brucker* de conuenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis, in *Schelhornii* amoenitatib. literariis T. VII. p. 247.

55) *Diodorus Siculus* 13, 82. δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν αὐτῶν (Agrigentinorum) καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων, ἃ τινα μὲν ἀθληταῖς ἵπποις κατεσπεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς παρθένων

Digitized by Google

quoque motus esse, vt reliquorum ciuium luxum imitaretur vel etiam vincere studeret. De quo excusari eum recte et iure posse arbitror. Neque enim splendida et magnifica vitae ratio omnino aliena fuit a disciplina Pythagorica [56]), et sordes atque squalores in habitu cultuque externo videntur tantum a nouitiis discipulis obseruati, omninoque non constans semper in his vsus fuisse [57]). Deinde interdum eum, si ex nostris moribus iudicamus, iusto magnificentius de se esse locutum, nec ab arrogantiae crimine liberari prorsus posse, fatendum quidem est. Sed si perpenderimus, Pythagoram eadem docuisse, atque talia vnice ex antiqua et poetica loquendi et philosophandi ratione explicanda esse, vt modo ostendimus, et crimina ista

καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τίμαιος ἐωρακέναι φησὶ μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα. καὶ κατὰ τὴν προτέραν δὲ ταύτης Ὀλυμπιάδα, δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα, νικήσαντος Ἐξαινέτου Ἀκραγαντίνου, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος. συνεπόμπευον δ' αὐτῷ, χωρὶς τῶν ἄλλων, συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων, πᾶσαι παρ' αὐτῶν Ἀκραγαντίνων. καθόλου δὲ καὶ τὰς ἀγωγὰς εὐθὺς ἐκ παίδων ἐποιοῦντο τρυφερὰς, τήν τ' ἐσθῆτα μαλακὴν φοροῦντες καθ' ὑπερβολὴν, καὶ χρυσοφοροῦντες, ἔτι δὲ στλεγγίσι καὶ ληκύθοις ἀργυραῖς τε καὶ χρυσαῖς χρώμενοι. Cf. cap. 83. et 84.

56) v. *Athenaeus* 4, p. 163.

57) v. *Scheffer* l. l. p. 152 — 154.

Digitized by Google

profecta esse a seriorum temporum scriptoribus, qui rationem illam minus recte intellexissent; tum si cogitauerimus, Empedocli vt homini libero in libera ciuitate libere omnia quae vellet dicere licuisse, et cum libere quae sentiret diceret, aut popularitati magnis sumtibus impensis studeret, non magnopere ei verendum fuisse ne talia in malam partem acciperentur a ciuibus, qui viderent, eum potentia diuitiisque suis non ad occupandam tyrannidem abuti; denique si reputauerimus, eum se virum diuinum et deorum familiarem et supra vulgus elatum professum esse atque adeo profiteri debuisse eam ob causam, vt maiorem sibi auctoritatem compararet, qua opus esse sciret ad gignendam alendamque hominum suae aetatis singularem in se fiduciam, quo facilius iis doctrinam suam meliorem de Deo, de vniuerso, de forma ciuitatis, de ciuium libertate, caeterisque maximi momenti rebus persuaderet [58]): Empedoclis

58) Quales fraudes, si tamen fraudes vocare fas est, quae prudenter fiunt ad aliorum hominum veram salutem, ab antiquis philosophis et legislatoribus saepius commissas esse constat inter omnes. Sic *Plutarch.* de genio Socratis c. 9. πολιτικοῖς ἀνδράσι, καὶ πρὸς αὐθάδη καὶ ἀκόλαστον ὄχλον ἠναγκασμένοις ζῆν, non inutile esse dicit, ὥσπερ ἐκ χαλινοῦ τῆς δεισιδαιμονίας πρὸς τὸ συμφέρον ἀντισπάσαι καὶ μεταστῆσαι τοὺς πολλούς. Cf. quae dixi ad *Pherecyd.* p. 36. sqq.

Digitized by Google

magniloquentia multo minus reprehendenda apparebit, quam multorum aliorum tam veterum quam recentiorum iactantia.

Videtur tamen illa non parum contulisse ad excogitandam aliam eamque etiam peiorem grauioremque criminationem. Fuerunt enim, qui atheum fuisse nostrum existimarent, verbi causa *Theophilus Antiochenus* [59]), *Clemens Alexandrinus* [60]), et quodammodo *Cicero* [61]). Quin etiam recentiorum nonnulli hoc affirmare non dubitarunt [62]). Quibus quid respondendum sit, iam e superioribus facile intelligitur. Accedit quod crimen illud reperitur fere solemne esse in philosophis, qui supra aetatem suam saperent [63]), et quod vo-

50) ad Autolycum 3, 2. p. 198. ed. Oxon. 1684. 12. p. 118. A. ed. Colon. 1686. fol. *τί ὠφέλησεν — Ἐμπεδοκλέα τὸ διδάσκειν ἀθεότητα;*

60) protrept. p. 42. C. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος εἰς πλῆθος ἐμπεσών, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις νεῖκος καὶ φιλίαν καταριθμεῖται. ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι.*

61) de N. D. 1, 12. „Empedocles multa alia peccans, „in deorum opinione turpissime labitur. Quattuor enim „naturas, ex quibus omnia constare vult, diuinas esse cen„set, quas et nasci et exstingui perspicuum est, et sensu „omni carere."

62) vt Cel. *Platnerus* in Aphorismis philosophicis p. 350. sq. (p. 426 sq. edit. 2.)

63) *Cic.* de inu. 1, 29. „in eo, quod in opinione posi„tum est, huiusmodi sunt probabilia, — eos, qui philo-

Digitized by Google

cabulum ἄθεος non semper odiosam illam notionem sibi subiectam habet, qua, vt taceam propriam, significat impium et scelestum [64]), sed saepe etiam, a plebe quidem, ἄθεοι sunt vocati, qui ordinem atque motum astrorum obseruassent omninoque astronomiae studerent [65]). Quodsi hoc sensu et ab indoctis hominibus Empedoclem dicamus atheum vocari, possumus facile concedere. Laudis enim potius est haec appellatio, quam vituperii, et videatur illa ex eodem fonte manasse, e quo fluxit nomen μεταρσιολέσχης, quo Empedocles appellatur in Sisypho dialogo, qui extat in *Platonis* operibus [66]), nempe e Socratica schola [67 a]). Saltem Galaxidorus apud

„sophiae dent operam, non arbitrari deos esse." *Apuleius* apolog. p. 291. „haec ferme communi quodam errore im„peritorum philosophis obiectantur, vt eorum, qui corpo„rum causas meras et simpliceis rimantur, irreligiosos pu„tent, eoque aiant deos abnuere, vt Anaxagoram, et Leu„cippum, et Democritum, et Epicurum, caeterosque rerum „naturae patronos."

64) Ap. *Sophocl.* Electr. 124. Clytaemnestra ob occisum Agamemnonem maritum vocatur ἀθεωτάτα, quod recte Scholiastes interpretatur nomine ἀσεβεστάτη.

65) v. *Plato* lib. 12. de legibus T. II. p. 966. sq.

66) T. III. p. 389. A.

67 *a*) v. Cel. *Schneider* ad *Xenoph.* memorr. 4, 7, 3. omninoque *Ant. Reiser** de origine, progressu et incremento Atheismi diss. epist. ad Theoph. Spitzelium, Aug. Vindel. 1669. 8. qui tamen Atheismi vocabulo abusus est hactenus,

Digitized by Google

Plutarchum [67 b]) philosophiam Empedocleam appellat φασμάτων καὶ μύθων καὶ δεισιδαι-

vt superstitiosos omnes et impios haberet pro Atheis. *Ienkini Thomasii* hist. Atheismi breuiter delineata, Basil. 1709. 8. quae, quanquam multis abundat in leges historicas peccatis, tamen a *Chr. Gottli. Schwarzio* vna cum *Sam. Clarkii* demonstratione existentiae et attributorum Dei, ex Anglico in Latinum versa, edita fuit Altorf. 1713. 8. etiam denuo ab ipso auctore edita auctior, et ita inscripta: Diss. historico-philosophica de Atheismo, s. Historia Atheismi, in qua scriptores vetusti et recentiores, impietatis falso postulati, liberantur a turpi Atheismi stigmate etc. Lond. 1716. 8. Auctor in hac editione se nominat *I. Thomasium Philipps*, cum verum eius nomen fuerit *Ienkinus Philipps*, cuius etiam dissertationibus historicis, quae Londini 1735. 8. prodierunt, inserium est illud opusculum, p. 1 — 122. *Ioh. Franc. Buddei* theses theologicae de atheismo et superstitione, Ien. 1717. 8. *Iac. Fr. Reimmanni* hist. vniuersalis atheismi et atheorum falso et merito suspectorum, Hildesiae 1725. 8. Cf. *Ioh. Chph. Wolfii* diss. de Atheismi falso suspectis, Viteb. 1710. 4. *Iac. Hasaei* de gentilium philosophis Atheismi falso suspectis, Brem. 1716. *Ioh. Henr. Foppii* de Atheismo philosophorum gentilium celebriorum, Brem. 1714. *le Clerc* hist. des Systèmes des anciens Athées, quae extat in eiusdem Biblioth. choisie T. II. p. 11. sqq. et ducta potissimum ex iis est, quae *Cudworthus* in systemate intellectuali huius vniuersi hanc in rem disputauerat. Cf. quae ipse de nomine ἄθεος exposui in Commentarr. societatis philolog. Lips. qui Exc. *Beckii* cura prodeunt, Vol. II. Lips. et Plau. 1802. 8. p. 64 — 72. vbi p. 68 — 70. ostendere conatus sum, ἄθεον etiam eum vocatum fuisse, qui deum deosue esse non negans, alium aliosue statueret, quam qui recepti essent a ciuitate patria.

67 *b*) de genio Socratis c. 9. extr.

Digitized by Google

μονίας ἀνάπλεω, et εὖ μάλα βεβακχευμένην. Denique plane Empedoclem ab atheismi crimine defendit ipsius de diis sententia, quae infra (§. 11.) a me afferetur. Hoc enim loco de moribus philosophi agere constitutum erat, qui quales fuerint, e superioribus intelligi facile potest. Nimirum fuit ille iuuandi alios studiosissimus, idemque gloriae et honoris cupidissimus, atque adeo splendidus in vestitu et cultu, liberalis ac beneficus, amans ciuium, eorumque libertatis strenuus tutor. Quibus omnibus fieri non potuit, quin hinc ab adulatoribus nimis extolleretur, illinc multas hominum inuidorum calumnias experiretur et inimicitias. Exemplum narrat *Diogenes Laertius* [68]). Olympiae enim peregrinans Empedocles omnium in se ora conuerterat, eoque honore tantam popularium suorum inuidiam mouerat, vt ei redituro, cum Agrigentum ciuibus frequentaretur [69]), obstarent inimicorum nepotes. Quare secessit in Peloponnesum. Etiam *Timonis Phliasii* versus [70]) videntur huc pertinere:

68) 8, 67.

69) Ita explicanda putabam verba *Diogenis*: τοῦ Ἀπράγαντος οἰκιζομένου.

70) quos *Brunckius* e *Diog. Laert.* l. l. analectis veterum poetarum Graecorum inseruit T. II. p. 73. nr. XXV.

Digitized by Google

καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων 71)
κηλητὴς 72) ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τοσσάδε εἵλεν
ἀρχῶν, ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων 73).

I egitur autem inimicitias tam grauiter et pertinaciter exercuisse, vt non facile placaretur.

71) Hoc vocabulum referendum videtur ad Empedoclis peragrationes per vrbes Graecorum. *Philostratus* in vita Apollonii 8, 7, 6. Ἐμπεδοκλῆς — ἐσόβει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιὰς, ὕμνους ξυντιθεὶς, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο. Sic *Gorgias* encom. Helen. p. 97. in eorum numero, quibus aliorum animus flecti quocunque velis possit, secundo loco ponit τοὺς ἀγοραίους διὰ λόγων ἀγῶνας, ἐν οἷς εἷς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτρεψε καὶ ἔπεισε, τέχνῃ γραφεὶς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθείς.

72) κηλητὴς ἐπέων est *carminibus demulcens, deliniens, blande decipiens.* Fortassis alluditnr ad crimen magiae, cuius Empedoclem malo accusatum esse supra diximus. Certe ap. *Platon.* lib. 2. de rep. T. II. p. 358. B. dicitur Thrasymachus ὥσπερ ὄφις κηληθῆναι. et in Lyside T. II. p. 206. A. est λόγοις τε καὶ ᾠδαῖς κηλεῖν.

73) i. e. magistratus imperitos et nullius pretii. Nisi forte rectius eo referas, quod Empedocles posuit quidem quatuor rerum elementa, tanquam ἀρχὰς τῶν ὄντων, sed non omnia ex his explicari intelligens, duo alia summa principia assumere coactus fuit, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Et haud dubie vera est haec explicatio. Nam αἱρεῖν sensu philosophico esse posse *ponere, sumere*, docet vel nomen αἵρεσις, quod de secta philosophica dicitur. Mirum autem est, quod neque *Brunckius*, neque vllus *Diogenis* interpretum vidit, pro participio ἄρχων, quod sensum tolerabilem fundit nullum, reponendum esse genitiuum ἀρχῶν, vt haec nascatur sententia: *sumsit tot rerum principia, quot sumere et*

Digitized by Google

Saltem *Apostolio* [74]) et *Suida* [75]) testibus Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα per prouerbium dicebatur ἐπὶ τῶν ἐπιμόνως ἐχθρωδούντων [76]) πρός τινας et ἐπὶ τῶν δυσοργήτων. Vterque hanc in rem affert *Lysiae* verba: ὤμην δὲ ἔγωγε τοιαύτῃ φιλίᾳ συνηρμόσθαι, ὥστε μηδ' ἂν τὴν Ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμποδὼν ἡμῖν γενέσθαι [77]). Et *Erasmus* [78]) cum isto prouerbio confert similia: *odium Vatinianum* et *odium nouercale*. Cum vero nullum ab vllo scriptore contumacis eiusmodi inimicitiae exemplum proditum reperiatur, cum verisimile non sit, inimicos eius talia, si sciuissent, praetermissuros fuisse, cumque vel humanitas nos iubeat optime statuere de eo, qui ne accusatus quidem, nedum conuictus sit alicuius vitii: valde probabile ac pene certum arbitror, *Lysiam* non ad animi prauitatem

excogitare potuit. In *Is. Friderici Langheinrich* dissertationibus de Timone Sillographo, Lips. 1720 — 1723. 4. ne reperire quidem hunc *Timonis* locum mihi licuit.

74) prouerbb. 8, 21.

75) in v. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα.

76) Ita legendum apud *Suidam* videtur pro ἐχθροδούντων. Nomen δυσόργητος significat *grauiter irascentem, qui simultatem exercet.* v. *Aesop.* fab. 163.

77) Pro ἐμπ. ἡμ. γενέσθαι *Apostolius* habet ἰσχῦσαι διαστῆναι.

78) Chill. 2, 6, 53. Cf. *Barberius* de miseria poetarum p. 515. ed. *Mencken.*

Digitized by Google

illam, quae in simultate exercenda cernitur, sed ad nobile dogma Empedoclis respexisse, de quo infra plura dicentur: quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Prosa enim oratione ἔχθραν vocauit Lysias, quod Empedocles poeta νεῖκος appellauerat. Vtrum autem ita, an secus et perperam *Suidas* et *Apostolius* verba Lysiae intellexerint, et an vnquam Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα dicta fuerit κατὰ παροιμίαν de diuturna et pertinaci inimicitia ac simultate, plane incertum est.

§. 8.

Praeterea nihil, quod ad Empedoclis vitam spectaret, reperire mihi licuit. Sed inuidiae illius, quam dixi perpetiendam fuisse philosopho, exempla putari possunt variae eaeque falsae de mortis eiusdem genere narrationes, ita vt ei plane idem acciderit, quod Pherecydi Syrio [1]). Scilicet plerique eum ita e vita discessisse narrant, vt mortis genus a plebe

1) v. Commentatio mea de Pherecyde p. 25. sqq. De Empedoclis autem mortis genere omnino legendi sunt *le Moyne* in prolegomenis ad varia sacra, Lugd. Bat. 1685. 4. p. 47 — 49. *Ge. Phil. Olearii* progr. de morte Empedoclis, Lips. 1733. fol. et *Benito Feyjoo* Kritik gemeiner Irrthümer, T. I. e versione Germanica *L. Harscheri de Almendingen* (Gothae 1791. 8.) p. 171 — 176.

Digitized by Google

posset pro poena diuina haberi. *Hippobotus* [2]) enim tradit, eum post Pantheam feliciter sanatam, quo facto diuinos honores sibi meruerat, peracto sacrificio profectum esse ad Aetnam montem, vbi cum aduenisset, in crateras ignis insiluisse, eo quidem consilio, vt famam de se deo facto sparsam confirmaret. Postea vero rem cognitam fuisse, eiecta vna aenearum, quas gestauerat, crepidarum. Eadem, sed paululum mutata, plurimi alii referunt, vt *Diodorus Ephesius* [3]), *Horatius* [4]), *Gregorius Nazianzenus* [5]), *Tertullianus* [6]), *Lactantius* [7]), *Lucianus* [8]), *Suidas* [9]), vetus inter-

2) ap. *Diog. Laert.* 8, 69. et *Eudociam* p. 170.

3) ap *Diog. Laert.* 8, 70.

4) art. poet. 464. sq.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.

5) *Barthius* aduersarr. 41, 11. hos affert *Gregorii* versus:
Ἐμπεδόκλεις σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιόωντα
καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς πρηστῆρες ἔδειξαν,
σάνδαλ' ἀποβράσσαντες ἐλαφρόνοιο θεοῖο
χάλκεα, καὶ σὲ βροτοῖσιν ἐπαίσχεα πᾶσιν ἔθηκαν
κύδεος ἰμείροντα δι' ἄλματος αἰνομόζοιο.
Duo primos edidit etiam *Muratorius* in anecdotis Graecis, Patau. 1709. 4. epigr. LXXXV. vbi legitur *πρατῆρες*.

6) ad martyres c. 4. p. 225. ed. *Pamel.*

7) 3, 18. cuius verba *Vincentius Bellouacensis* transcripsit in speculum naturale 23, 69.

8) in Fugitiuis T. II. p. 592. ed. Graev.

9) in v. *Ἀμύκλαι* et *Ἐμπεδοκλῆς*.

Digitized by Google

pres Horatii Cruquianus [10]), vetus interpres Ouidii Boessianus [11]), et multi quidem non sine irrisione, vt *Lucianus* [12]), *Tertullianus* [13]), *Hermias* [14]), *Tatianus* [15]), *Cyrus Theodorus* [16]). Per hos tot scriptores non potuit non omni-

10) ad *Horat.* l. l. p. 638.

11) ad Ibin v. 599. editus Lugd. 1661. 8. Multi ad eandem narratiunculam alluserunt, vt *Lucianus* de morte Peregrini T. II. p. 562. *Claudianus* de consulatu Mallii Theodori v. 71. *Vlpianus* in Digest. lib. 28. tit. 3. l 6. §. 7. de quo tamen loco cf. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 8, 69.

12) dialog. mort. T. I. p. 305. vbi Empedocles vocatur ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης. it. ver. hist. lib. 2. T I. p 677. in Icaromenippo T. II. p. 195 sq. de morte Peregrini p. 559. in Piscatore s. Reuiuiscentibus T. I. p. 390.

13) apolog. c 50. p. 94. et de anima c. 32. p. 587.

14) irris. gentilium philosophor. p. 177. A. ὁ Ἐμπεδοκλῆς — ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέγα βοῶν etc.

15) orat. contra Graecos p. 143. D.

16) in carmine, quod inscribitur *amicitia exulans*, et legitur ad calcem florilegii s. sententiarum *Stobaei* ed. *Gesner.* v. 51. sqq.

ὁ φληνάφος γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ἐῤῥέτω,
τὸ νεῖκος εἰπὼν δημιουργὸν τῶν πάτω.
τί γὰρ νοήσει, καὶ συναίσθεται τίνος
ἄνθρωπος οὐ γνοὺς ὡς τὸ πῦρ φύσει καίει,
ἀλλ' εἰς πυρὸς κρατῆρας ἐμπεσὼν μέσους;

Sic Empedocles dicitur ὁ Αἰτναῖος ab *Oecumenio* in ἐξηγήσει εἰς τὰς ἑπτὰ καθολικὰς λεγομένας ἐπιστολὰς, ad 2 Petr. 3, 5. p. 214. ed. Frcf. 1610. 4. Referri etiam huc possunt verba *Hieronymi*, a *Brodaeo* ad anthologiam p. 424. allata: „Empedocles per suam philosophiam, ne dicam „melancholiam, Aetnam sibi Mausoleum delegit."

Digitized by Google

bus innotescere vanus ille rumor, et credi a multis, quanquam cuilibet poterat res per se ridicula [17]) videri atque suspecta. Vt enim hoc vnum commemorem, quod iam *Balduinus* [18]) attulit, vix credibile est, non liquefactas per tantam vim ignis crepidas aeneas. Debebant saltem ferreae fingi. Verum non contenta maleuola hominum leuitas, summo philosopho narratione ista in variis libris perscripta notam ignominiae inussisse, voluit hanc in rem etiam antiqua aliqua turre vti, marmorea illa et in summo fere montis Aetnae fastigio posita, quam vocant nunc quoque *torre del filosofo*, quoniam ex ea Empedocles Aetnae vomitus obseruauerit, tandemque se praecipitem in eum dederit. Quam traditionem quis non intelligit ideo fictam esse, vt facilius crederetur rumor in scriptis traditus, vel etiam lucri causa, vt *οἱ περιηγηταὶ* possent paulo plura poscere a peregrinis? Manifestum enim est, valde recens esse hoc figmentum, cum nemo veterum tale aedificium memoret. Quare vix videtur opus esse, vt, cui rei illa turris proprie destinata, et quando exstructa fuerit, nimis diligenter quaeramus. Nuperus quidem istius spectator doctissimus,

17) v. *Barth.* aduersarr. 41, 11.

18) de calceo antiquo p. 40. ed. *Ioecher.* Lips. 1733. 12.

Digitized by Google

Iohannes Henricus Bartels [19]), existimat, fuisse fortasse speculam a Gothis vel Normannis exstructam. Quae coniectura per se quidem valde verisimilis est [20]), sed propter ea, quae *Doruillius* [21]) de ruderum elegantia magnificentiaque narrat, minus videtur esse probabilis. *Carrera* [22]) putabat, esse reliquias pyramidis siue sepulchri Nymphae Thaliae Aetnae. Quam opinionem reiicit *Doruillius*, coniiciens esse rudera aedis vel Vulcano vel ipsi Aetnae monti sacrae. Sed quid diutius huic turri insistamus, quam necesse est fundamento suo euerso ipsam quoque ruere atque concidere? Contradicunt autem illi narrationi, cui tanquam fundamento superstructa fuit turris philosophi, sat graues auctores, vt *Pausanias*, aequalis Empedocli [23]), *Timaeus* [24]), *Strabo* [25]),

19) Briefe über Calabrien und Sicilien T. II. Goetting. 1789. 8. epist. XXI. p. 353.

20) collatis inprimis iis, quae idem *Bartels* p. 27. obseruauit.

21) in Siculis c. 14. p. 233.

22) v. *Doruill.* l. l. pag. 235.

23) ap. *Diog. Laert.* 8, 69. et *Eudociam* p. 170. sq.

24) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. sq.

25) lib. 6. p. 274. (420.) et p. 276. (423.) *Strabonis* verba sunt: *ἔστι δὲ ψιλα τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη, καὶ χειμῶνος μετὰ τοῦ χιόνος· τὰ κάτω δὲ, δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ*

Digitized by Google

qui eam mythis annumerat. Itaque conficta videtur ab iis, quorum interesset, vt Empedocles, quem ἄθεον et μάγον et γόητα et

δὲ σχιζομένου· καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν, ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν, ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περίμετρον, κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι, ὥστε δεῖν παθάλλεσθαι τοὺς εἰς τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους, ὁρᾶν τε τὸ μέσον βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, οἷάπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου. ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος, ὅσον διακοσίων ποδῶν, ἠρεμοῦν. εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν. εἰκάζειν δὲ καπνῷ. δύο δὲ τολμήσαντας προελθεῖν εἰς τὸ πεδίον· ἐπεὶ δὲ θερμοτέρας ἔβαινον τῆς ἄμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περισσότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόῤῥωθεν ἀφορῶσι. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως, πολλὰ μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷα φασί τινες περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα, καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος, τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς. εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω, μικρὸν ἄπωθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερῥιμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός. οὔτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τον τόπον, οὔθ' ὁρατὸν, εἰκάζειν τε μηδὲν καταῤῥιφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε, ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προυκαντᾷν εὔλογον πόῤῥωθεν πρὶν, ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι. εἰ δὲ καταῤῥιφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναῤῥιφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελείφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειποῦσης

Digitized by Google

quid non? putarent, odio haberetur a multitudine etiam mortuus. Sic *Eudocia* p. 171. cur veram putet *Hippoboti* narrationem, affert hanc causam: *καὶ γὰρ ὁ θεὸς τῶν πάντων, βουληθεὶς δημοσιεῦσαι αὐτοῦ τὴν τῆς κενοδόξου ἀπωλείας κατάκλησιν, ὅτι ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀπώλετο, τὸ σανδάλιον αὐτοῦ σῶον ἐκ τοῦ πυρὸς ἐποίησεν ἀναδοθῆναι· πρὸς ἔλεγχον τῶν ματαιοφρονεῖν ἐθελόντων. καὶ οὕτως ἐγνώσθη πᾶσιν, ὅτι θεὸς μὲν οὐ γέγονε, κατεκάη δὲ εἰς τέλος ἀξίως διὰ τῆς οἰκείας κενοδοξίας.* Deinde comparat Empedoclem cum Trophonio et Aristio et Empedotimo vatibus, qui, vt dii viderentur facti esse, in speluncas sese deiecerint. Ex eodem

ποτὲ τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον. οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτον γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. Illa tamen ratio, quam et ipsam *Strabo* attulit, quod nemo posset ad crateris marginem peruenire, videtur vana esse. Certe ante annum Christi 1536. per plures annos descendi in craterem potuit. v. *Bartels* l. l. T. II. p. 384. Et nuper demum (a. 1788.) ad marginem vsque crateris penetrauit Spallanzanius Ticinensis. v. *Lazzaro Spallanzani* Reisen in beyde Sicilien und einige Gegenden der Apenninen, P. I. (Lips. 1795. 8.) cap. 8. Recte vero sentire videntur ii, qui non eandem omnibus temporibus formam crateris rationemque fuisse statuunt. Cf. *Ant. Philothei de Homodeis* Aetnae montis topographia et eius incendiorum historia, in *Burmanni* thes. antiquitatum et historiarum Siciliae Vol. IX. vbi etiam extat *Petr. Carrerae* descriptio Aetnae.

Digitized by Google

maledicentiae fonte ortam arbitror illam fabulam, quam refert *Democritus* siue *Demetrius Troezenius* [26]), Empedoclem laqueo sibi fauces occlusisse. Sunt qui huc referant verba *Ouidii* [27]).

Vtue Syracosio praestricta fauce poetae,
Sic animae laqueo sit via clausa tuae.

Sed pro Empedocle in his intelligendum esse Antiphontem, poetam tragicum, et pro *Syracosio* rectius legi *Syracusis*, satis demonstratum est in *Burmanni* thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae [28]). Alii contra, nimio Empedoclis amore et cultu permoti, finxerunt, eum viuum in deorum sedes translatum esse, vt *Heraclides* [29]). Alii, vt ipse *Diogenes Laertius* [30]), media via incedentes, lenire fabulam de saltu in Aetnam ita conantur, vt Empedoclem dicant inuitum vi ignis Aetnaei periisse, cum discendi et obseruandi

26) in libro κατὰ σοφιστῶν ap. *Diog. Laert.* 8, 74.

27) in Ibide v. 549. sq.

28) T. XI. p. 220 — 225.

29) ap. *Diog. Laert.* 8, 67. sq. et *Hesych. Miles.* p. 32. Cf. *Euseb.* adu. Hieroclem p. 541. D.

30) 8, 75. Verba epigrammatis, quod totum extat etiam in *H. Stephani* anthologia p. 287. b. et in Wecheliana anni 1600. p. 424. sunt haec:

οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης,
ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

Digitized by Google

causa [31]), vt postea Plinius maior, ad flammam accessisset paulo propius. Similiter *Telauges* in epistola saepe commemorata [32]) dicit, eum, cum ob senectutem vacillaret, in mare incidisse et mortuum esse. *Menagius* quidem pro verbis εἰς θάλατταν coniiciebat reponenda esse verba εἰς τὰν Αἴτναν, vt consensus existeret inter Diogenis versus et Telaugis relationem: quae coniectura placebat *Merico Casaubono*. Sed hic consensus prorsus non video cur sit necessarius, praesertim cum *Diogenes* ipse in superioribus ostenderit, se scire, quam sublestae fidei esset illa epistola. *Neanthes* [33]) auctor est, curru vectum Empedoclem ad panegyrin quandam, quae Messenae [34]) esset celebranda, decidisse et femur s. coxam fregisse, atque hinc morbo contra-

31) Nam in verbis *Diogenis* modo allatis pro λαθεῖν cum *Merico Casaubono* lego μαθεῖν. Haec enim verba saepius inter se permutari cum per se pateat, tum exemplo docuimus in lexico Xenophont. Si quis statuat, Empedoclem ad obseruanda Aetnae incendia propius accessisse, possit is explicare, cur aeneos calceos gestauerit, nempe quo cinerum feruorem perferret facilius.

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 74.

33) ap. *Diog. Laert.* 8, 73. Cf. *Hesych. Miles.* p. 33. et *Eudocia* p. 170.

34) *Bonamy* p. 70. non, vt *Mongitor* aliique, Messanam, Siciliae vrbem, intelligit, sed Messenen, vrbem Peloponnesi. Et consentiunt omnia, eum in Peloponnesum iter fecisse. v. §. 7. extr.

Digitized by Google

cto diem obiisse supremum. Sepulcrum eius esse Megaris. Hanc traditionem *Diogenes* [35]) his conclusit versibus:

ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὥς ποθ' ἁμάξης
ἔπεσε, καὶ μηρὸν πλάσσατο δεξιτερόν.
Εἰ δὲ πυρὸς πρατῆρα ἐσήλατο, καὶ πίε τὸ ζῆν,
πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

E quibus patet, eum hanc narrandi rationem reliquis omnibus veriorem putasse. Sed argumentatio eius in duobus vltimis versibus quam inepta sit, perspicere quilibet ipse potest. Constat enim, a veteribus saepe exstructa esse *κενοτάφια*, et Pausanias, *Timaeo* teste [36]), ipse posuit amico monumentum aliquod tanquam deo, siue statuam siue sacellum. Quidni alius ei exstruxerit Megaris *κενοτάφιον*? Vtut vero sit, vnus *Timaeus* videtur omnium rectissime iudicare, *αὐτοῦ τὴν τελευτὴν ἄδηλον εἶναι*. Secessisse enim Empedoclem in Peloponnesum [37]), et nunquam inde rediisse, atque adeo ibi esse mortuum. Hanc narrationem ego puto veram esse, cum quia simplicissima est, tum quia explicari ex ea potest

35) 8, 75. etiam in anthologia Steph. et Wechel. ll. ll.

36) ap. *Diog. Laert.* 8, 71. Sic, vt similes aliorum auctorum locos taceam, diserte *Xenophon* anab. 6, 4, 6. *ἐνίους*, inquit, *ἔθαψαν· — οὓς δὲ μὴ εὗρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν.*

37) Cf. *Diog. Laert.* 8, 67. et supra §. 7.

Digitized by Google

optime, cur prorsus incertus sit annus aetatis, quo philosophus noster obierit. Qua de re supra [38]) dictum est. Qui vero factum sit, vt, quo mortis genere obierit vir et doctissimus et generis nobilitate aeque ac diuitiarum amplitudine insignis, comperire nulli homini adhuc liceret, nemo facile dixerit. Exempla tamen similia non desunt in antiquis scriptoribus, quorum illud saltem de Oronta, regii generis viro, lectoribus eruditis in memoriam reuocare lubet, de quo *Xenophon* in anabasi *) ita scripsit: *μετὰ ταῦτα οὔτε ζῶντα Ὀρόντην, οὔτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν. εἰκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως. τάφος δ' οὐδεὶς πώποτε αὐτοῦ ἐφάνη.* Qui locus paulo diligentius perpensus, et cum aliis similibus collatus, multis coniecturis de causa et genere mortis Empedoclis, quas ego quidem, quippe alienas ab historia, praetermittendas putaui, causa occasioque existere poterit. Alias de Alcmena fabulas e simili causa ortas attuli ad *Pherecydem* p. 197. et 199.

Caeterum praeter Pausaniae monumentum, quod interiit, publica monumenta Empedocli posita sunt a ciuibus. *Hippobotus* [39]) enim

38) np. §. 2.

*) 1, 6, 11.

39) ap. *Diog. Laert.* 8, 72.

Digitized by Google

dicit, statuam eius opertam (ἐγκεκαλυμμένον) Agrigenti fuisse statutam, postea vero a Romanis translatam ante Romanorum curiam stetisse retectam (ἀκάλυφον); h. e. omnibus tempestatis iniuriis expositam. Nam *Plinii* [40]) locus a *Menagio* huc allatus vix huc pertinet, cum agat de discrimine statuarum, quarum masculas Graecas ait omnes nudas fuisse, Romanas autem fere amictas [41 a]). *Diogenes* istis narratis addit haec verba: γραπταὶ μὲν γάρ εἰσι τινὲς, καὶ νῦν περιφέρονται. In his vel pro γραπταὶ legendum γραφαὶ [41 b]), vel cum *Menagio* intelligendum est nomen εἰκόνες, vel potius, cum nullum huius omissionis exemplum nouerim, pro εἰσί τινες reponendum εἰκόνες, ita vt sequens καὶ sit *etiam*. Extant sane nunc quoque Empedoclis effigies, etiam in numis Agrigentinorum. Effigies eius v. c. aere excusa apparet in *Gronouii* thesauro antiquitatum Graecarum [42]), et in

40) H. N. 34, 5. Verba sunt: „Graeca res est, nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere."

41 *a*) v. *Figrelius* de statuis illustrium Romanorum, Holm. 1656. 8. p. 171. sqq. et *Martini* antiquorum monimentorum sylloge, Lips. 1783. 8. p. 88. et 90.

41 *b*) vt contra ap. *Longum* p. 1. legendum est γραπτὴν pro γραφήν. v. *Villoison.* anecdot. Graec. T. II. p. 66.

42) T. III. nr. *bbbbb*. Apparet Empedocles barbatus, pallio philosophico amictus, stans manu extensa, tanquam docens, addita epigraphe, Ἀκραγαντίνων.

Digitized by Google

Iacobi Bonanni et *Columnae* Syracusis antiquis illustratis [43]). Numi Agrigentini, in quibus conspicitur Empedoclis facies, reperiuntur, teste Ill. *Harlesio* [44]), apud *Parutam* [45]), apud *Carreram* [46]), et apud *Burmannum* [47]). De numis Selinuntinis dixi §. 5.

§. 9.

Iam in explicandis philosophi de mundo et rebus physicis aliisque opinionibus, quod opus longe difficillimum esse intelligens inprimis lectorum aequitatem imploro, conabor ita versari, vt primo afferam opiniones illas, compositas inter se et cohaerentes, deinde vno ordine sequi iubeam versus Empedoclis ipsos, quotquot reperiri potuerint, additis et emendationibus, vbi opus fuerit, et interpretationibus qualibuscunque meis. Multo minor haud dubie faciliorque nobis esset hic labor futurus, si per temporis iniuriam frui liceret

43) lib. 2. cap. 1. p. 191. in *Burmanni* thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae T. XI.

44) ad *Fabric.* biblioth. Gr. Vol. I. p. 811.

45) in Sicilia descritta con Medaglie, Panormi 1612. fol. iterum Rom. 1649. fol. tum in miglior ordine disposta da *Marco Maior*, Lugd. 1697. fol.

46) in monimentis Catanae 2, 6. p. 35. ed. *Burmann.* in thesauri modo laudati Tomo X.

47) in commentar. ad numismata Sicula (i. e. in *Dorvillii* Siculis T. II.) tab. XIX. nr. 11.

Digitized by Google

commentariis in carmina Empedoclea, quos scripsisse leguntur *Chrysippus* [1]), *Zeno Eleates* [2]) et *Plutarchus* [3]). *Hermachi* siue *Hermarchi Mitylenaei* libros iam §. 1. laudare me memini. Scripserat ille ad refutandum Empedoclem, vt recte colligere videmur e verbis *Ciceronis* [4]): „Epicurus, et Metrodorus et Her„machus contra Pythagoram, Platonem, Em„pedoclemque dixerunt." Fortassis etiam *Aristarchi* opus nos, si superesset, iuuaret, saltem ad diiudicandum, quinam versus aut genuini aut suspecti aut adulterini essent putandi. Certe *Daniel Heinsius* [5]) dicit, Aristarchum artem suam etiam erga Empedoclem exercuisse. *Heinsius* haud dubie id collegit

1) *Galenus περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων* lib. 3. T. I. p. 267, 34. ed. Basil. Chrysippus *ἐξ Ἐμπεδοκλέους — καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐπῶν μνημονεύει καμπόλλων.* p. 270, 13. *ἀρξάμενος ἀπό τινος Ἐμπεδοκλείου ῥήσεως, ἐξηγεῖταί τε αὐτὴν, καί τινων κατὰ τὴν ἐξήγησιν ἀξιολογωτέρων ἅπτεται λόγων.*

2) *Suid.* et *Eudocia* p. 204. *Ζήνων, Τελευταγόρου, Ἐλεάτης, — ἔγραψεν — ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τοὺς φιλοσόφους περὶ φύσεως.*

3) *Plutarchus* scripserat *εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς ἑ οὐσίας βιβλία ἑ.* v. *Lampriae* catalogus scriptorum Plutarchi nr. 42. ap. *Fabric.* bibl. Graec. Vol. III. p. 335. siue Vol. V. p. 160. ed. *Harles.*

4) de N. D. 1, 33.

5) prolegom. ad Aristarchum sacrum p. 640. ed. Lugd. Bat. 1639 fol.

Digitized by Google

e *Suidae* verbis: *λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ὡ* (i. e. *ὀκτακόσια*) *βιβλία ὑπομνημάτων μόνων.* Nam nemo veterum, quantum mihi quidem constabat, vnquam diserte dixit, Aristarchum commentarios in Empedoclis carmina composuisse. Nec *Sallustii* Empedoclea, a *Cicerone* [6]) commemorata, omni fructu puto caritura fuisse. Nunc his omnibus destitutos oportet nos contentos esse iis, quae Aristoteles, Plutarchus, Stobaeus aliique de Empedoclis placitis passim exposuerunt. [7]) Antequam vero ipsa haec eius placita contemplemur, monere liceat, Empedoclem, cum haereret aliquo loco, nec se expedire satis posset, dixisse: abstrusa esse omnia, nihil nos

6) epist. ad Q. Fratr. 2, 11. vbi *Ernestius* putat fuisse carmen de philosophia Empedoclis, scriptum breuitate molesta et obscura.

7) E recentioribus conferri cum maxima vtilitate possunt *Scipio Aquilianus* de placitis philosophorum qui ante Aristotelis tempora floruerunt, Venet. 1620. 4. iterum cura *Bruckeri*, Lips. 1756. 4. cap. 22 — 24. p. 141 — 173. et *Dieterici Tiedemanni* System des Empedocl. in Göttingisch. Magazin der Wissenschaften und Litteratur, herausgegeben von *Ge. Chr. Lichtenberg* und *Ge. Forster*, Götting. 1781. 8. particula IV. p 38 — 71. it. *Guil. Theoph. Tennemanni* Gesch. der Philosophie, Vol. I. (Lips. 1798. 8.) p. 241 — 256. denique, quod attinet ad Empedoclis cognitionem rei medicae, Exp. *Car. Gottlob Kühnii* diss. I. de philosophis ante Hippocratem medicinae cultoribus, Lips. 1781. 4. p. 32 — 41.

Digitized by Google

sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale esset, posse reperire [8]). Vnde ab iis, qui perturbare philosophiam bene iam constitutam vellent, laudari ac proferri solebat [9]). Ex eius enim hypothesibus et opinionibus disputari facile poterat in vtramque partem, vt neuter gloriari posset, se verum inuenisse ac tenere. His positis nemo mirabitur, qui Empedoclem legerit tradidisse interdum talia, quae vel dissentire ab aliis ipsius dogmatibus, vel adeo pugnare cum iisdem viderentur. Placuit hoc semel monere, ne saepius inculcare necesse esset.

Videtur autem Empedocles statuisse, non a sensibus, sed a recta ratione, quae sensus adiuuet ac regat, verum iudicari et percipi, atque adeo hoc dogma pertinere tantum ad res corporeas et materiales, fragiles illas quidem et semper mutationi obnoxias. Alia

8) Ita *Cicero* tradit Acad. 4, 5. Idem cap. 23. scripsit haec: Furere tibi Empedocles videtur: at mihi dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere. Num ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in iis esse ad ea, quae sub eos subiecta sunt, iudicanda? et 1, 12. memorat earum rerum obscuritatem, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, et veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pene veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt.

9) v. *Cic.* Acad. 4, 5.

Digitized by Google

quaedam hanc in rem afferre animus est, vbi de sensibus agetur.

Iam cum in recensendis placitis Empedocleis incipiendum putemus ab mundi origine, hoc primum agendum videtur, vt, quid varii scriptores antiqui philosophum Agrigentinum de ea docuisse tradant, diligenter enumeremus. Quamuis enim praeuideam, futurum esse vt lectores intelligentes vel nihil noui putent a me allatum esse, vel nihil magnopere ad illustranda aut confirmanda aut refutanda Empedoclis dogmata collatum esse iudicent, vel denique non pauca aliter tradita animaduertant, quam aut vulgo hucusque traditum fuerit, aut etiam infra ex ipsis philosophi carminibus patere videatur: tamen in hac quoque operis mei parte abunde contentus ero, si viri periti me omnia, vel certe pleraque, quae ad rem propositam pertinerent, ita collegisse arbitrati fuerint, vt cuique iam pateat, quid quisque veterum tradiderit, vtque nemo plura temere exspectet aut frustra quaerat. *Irenaeus* igitur [10]), „hoc, „inquit, quod ex subiecta materia dicunt „(Gnostici) fabricatorem fecisse mundum, et „Anaxagoras, et Empedocles, et Plato primi „ante hos, dixerunt." Irenaeum vero, cum haec scriberet, non satis accurate rem tradi-

10) aduersus haereses 2, 19. (2, 14. p. 134. ed. *Massuet.*)

Digitized by Google

disse, docent multi alii veterum scriptorum loci, e quibus apparet, Empedocli causam mundi materialem fuisse particulas materiae calidas et frigidas, sed causam efficientem fuisse motum siue causam quandam mouentem, qua corpuscula prima disiungerentur atque coniungerentur, et tanquam rerum omnium elementa prodirent vimque agendi acciperent. Huius autem motus vel coniunctionis s. concretionis et disiunctionis s. discretionis causas esse statuebat *τὴν φιλίαν*, *amicitiam*, et *τὸ νεῖκος*, *litem* s. *discordiam*. Haec duo, quamuis et ipsa ad materiam pertinentia, erant ei summa et prima omnium rerum principia, siue causae efficientis efficientes causae. *Elementa* autem *quatuor* ponebat, ignem, aquam, aerem, terram. Iam vt diiudicari a quolibet facile possit, verene a me tradita fuerit Empedoclis doctrina, videamus ipsa veterum verba, et primo quidem praecipue de elementis.

Sextus Empiricus [11]): *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος — δύο δραστηρίους τῶν ὅλων ἀρχὰς ὑποθέμενος, φιλίαν καὶ νεῖκος, ἅμα τε τῶν τεσσάρων μνησθεὶς ὡς ὑλικῶν, γῆς τε καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ πυρὸς, πλάσας*

11) adu. Mathemat. 7, 115. De similibus eiusdem locis 9, 4. et 10. dicetur inferius.

Digitized by Google

ταῦτα ἔφη κριτήρια τυγχάνειν. *Plotinus* [12]): τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία ἑνοῖ (ita legendum puto pro τὸ ἕν, vel his verbis addendum ποιεῖ)· — τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. *Simplicius* [13]): ἐπειδὴ τὸ θερμὸν κοῦφον καὶ ἀνωφερές ἐστι, τὸ δὲ ψυχρὸν βαρὺ καὶ κατωφερὲς, διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὕτω συνέστη, τῆς μὲν γῆς κάτω γενομένης, τοῦ δὲ οὐρανοῦ ἄνω. κἂν γὰρ ἄλλην αἰτίαν εἴπωσιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ποιητικὴν νεῖκος καὶ φιλίαν, — ὅσον ἐφάψασθαι μόνον αὐτῆς λέγουσιν, ἐν ταῖς τῶν αἰτιῶν παραδόσεσιν οὐ προσχρώμενοι. Idem alio loco [14]) primis verbis vsque ad ἄνω fere repetitis addit haec: ἐκείνως Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε, οὐκέτι τὸ εὖ καὶ τὸ οὗ ἕνεκα αἰτιώμενος, ἀλλὰ τὴν ὕλην μόνην, ἀναγκαίως ἔπεσθαι ταύτῃ τὸ τέλος καὶ τὸ χρειῶδες νομίζων. Rursus [15]): μήποτε δὲ κυρίως φυσικοὺς οἴεται, τοὺς ἐν τῷ ὑλικῷ αἰτίῳ διατρίβοντας. οἷς οὐκ ἂν ἀξιώσοι κυρίως τὸν Ἐμπεδοκλέα συντάττειν, ποιητικὰ αἴτια τὸ

12) Ennead. 5. lib. 1. cap. 9.
13) ad *Aristot.* physic. 2, p. 83. b.
14) p. 87. b.
15) ad *Aristot.* phys. 3, p. 105.

Digitized by Google

νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν εἰσάγοντα. Item [16]): οὕτω (np. διὰ κινήσεως) καὶ Δημόκριτος κοσμοποιεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, συγκρίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι τὰ ἄτομα σώματα καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγοντες. Porro [17]): τὸ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν Ἀλέξανδρός φησιν εἰρηκέναι — Ἐμπεδοκλέα, πρὸς τῷ νείκει καὶ τῇ φιλίᾳ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς θέμενον. Et alio loco [18]): Ἐμπεδοκλῆς συναγαγὼν πρότερον ὑπὸ τῆς φιλίας τὰ στοιχεῖα, ὕστερον ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα τοῦτον τὸν κόσμον πεποιηκέναι φησίν. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς κατέλιπε τὴν ὑπὸ τῆς φιλίας διάθεσιν τῶν στοιχείων, τουτέστιν οὐχ ὡς αἴτιον αὐτὴν ἔθηκε τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους διάκρισιν. Ab eodem [19]) Empedocles statuisse dicitur, mundum ortum esse κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. Themistius [20]): φαίνονται ὡς ἀληθῶς οὐδαμοῦ λόγον πεποιημένοι περὶ αὐτῆς (np. τῆς τύχης, de casu), οὐκ Ἐμπεδοκλῆς, οὐκ Ἀναξαγόρας, οὐκ

16) ad *Aristot.* phys. 8, p. 257. b.
17) ad *Aristot.* phys. 1, p. 41. a.
18) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 145. b.
19) in laudato commentario p. 164. a.
20) ad *Aristot.* phys. auscult. 2, p. 25. b.

Digitized by Google

ἄλλος τις. οὔτε γὰρ ἓν ὧν ἔλεγον αἴτιον, ᾠοντο εἶναι τὴν τύχην, οἷον φιλίαν ἢ τὸ νεῖκος, ἢ νοῦν, ἢ πῦρ, οὔτέ τι προσόμοιον τούτοις. ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν λόγον ἐστίν. ἐπεὶ καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν οὐδένα ἐποιήσαντο λόγον. *Alexander Aphrodisiensis* [21]): „Empedoclem, qui quatuor elementis, „quae ipsi erant pro materia, amicitiam et „discordiam addebat, et sic principiis vteba„tur." Idem alio loco [22]): „Empedocles et „Anaxagoras actum quam potentiam priorem „esse censebant, — quippe quorum alter ami„citiam et discordiam actum esse statuebat, „Anaxagoras vero mentem." Rursus [23]): „cum Empedocles amicitiam et discordiam „actum priorem mistura faceret, et motum „semper esse affirmaret, actum, i. e. motum, „ante potentiam esse statuebat." Denique [24]): „Discordia et amicitia per Empedoclem ele„menta sunt, et in elementis habentur, non „tamen vt materia." *Iohannes Philoponus* [25]): Ἐμπεδοκλῆς ὑλικὰ μὲν καὶ οἷον παθητικὰ τὰ τέσσαρα σώματα ὑποτιθέμενος, ποιητι-

21) ad *Aristot.* metaphys. p. 20.

22) ibidem p. 383.

23) ibid. p. 384.

24) ibid. p. 27. Cf. p. 30. vbi haec leguntur: Empedocles quatuor corpora rerum materiam esse censebat.

25) ad *Aristot.* de generatione et interitu 1, p. 3. a.

Digitized by Google

καὶ δὲ καὶ κινητικὰ νεῖκος καὶ φιλίαν. Alio loco [26 a]): κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, φησὶν (Ἀριστοτέλης), ἀναιρεθήσεται παντελῶς ἡ κατὰ φύσιν κίνησις καὶ ἡ μονή. εἰ μὲν γὰρ καὶ μὴ οὔσης τῆς φιλίας καὶ τοῦ νείκους, ἀφ' ἑαυτῶν κινοῦνται τὰ στοιχεῖα, οὐκ ἂν εἶεν τῆς κινήσεως αὐτῶν ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος αἴτια· εἰ δὲ ταῦτα μόνα τῆς κινήσεως αὐτῶν ἐστιν αἴτια, ἀφαιρήσομεν αὐτῶν τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν. ἡ γὰρ ἐξ ἄλλου καὶ μὴ ἐξ αὐτοῦ, παρὰ φύσιν ἐστὶ τῷ κινουμένῳ. Item [26 b]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα ὑπετίθετο τὰ ὑλικὰ αἴτια. ταῦτα δὴ τὰ πολυθρύλλητα στοιχεῖα. διὸ καὶ ῥιζώματα πάντων αὐτὰ ἐκάλει, πρῶτα λέγων τῶν πάντων ῥιζώματα. ποιητικὰ δὲ αἴτια, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. *Cicero* [27]): „Empedocles haec peruulgata et nota quattuor „(principia rerum posuit)." *Sextus Empiricus* [28]): οἱ περὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα πρὸς τοῖς Στωϊκοῖς omnium rerum principia esse dixit πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν. *Plutarchus* [29]) et

26 *a*) ad eiusdem operis lib. 2. p. 59. a.
26 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. c, 2.
27) Acad. 4, 37.
28) Pyrrhon. hypotyp. 3, 31.
29) de placitis philosophor. 1, 3.

Digitized by Google

ex eo *Eusebius* [30]) et *Iustinus Martyr* [31]): Ἐμπεδοκλῆς, Μέτωνος, Ἀκραγαντῖνος, τέτταρα μὲν λέγει (hoc verbum deest in *Iustino* et *Eusebio*) στοιχεῖα· πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος, ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτικὴ, τὸ δὲ διαιρετικόν. *Eusebius* [32]): ἀρχὴν τῶν ἁπάντων Ἐμπεδοκλῆς εἶναι ἀπεφήναστο τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. *Vitruuius* [33]): „Pythagoras, Empedocles, Epicharmus, aliique physici et philosophi haec principia quatuor esse „posuerunt, aerem, ignem, aquam, terram, „eorumque inter se cohaerentes naturali figu„ratione ex generum discriminibus efficere „qualitates." *Diogenes Laertius* [34]): ἐδόκει αὐτῷ στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα·· φιλίαν τε ᾗ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται. *Alexander Aphrodisiensis* [35]): „Empedocles ex quatuor „alia generabat." *Chalcidius* [36]): „Empedo„cles varium et multiforme quiddam esse syl-

30) praeparat. euangel. 14, 14. p. 749.
31) cohortat. ad Graecos p. 5. B.
32) praep. euang. 7, 12. ab initio.
33) in praefatione ad librum VIII.
34) 8, 76.
35) ad *Aristot.* metaphys. p. 169.
36) ad Timaeum p. 379.

Digitized by Google

„uam (i. e. materiam) docet, quatuor diuer-
„sis sustentatum radicibus, ignis, aquae, aeris,
„terrae, atque ex his fieri corporum modo
„concretionem, modo discretionem. Idem-
„que concretionem quidem vocat amicitiam,
„discretionem vero discordiam.“ *Meletius* [37]):
„Antiquorum philosophorum opiniones, quas
„de elementis ipsi adduxerunt, missas facere
„oportet, vnam tantummodo ex omnibus me-
„liorem seligentes, quam Empedoclis esse
„Galenus et Cous Hippocrates referunt. Sunt
„igitur omnium rerum elementa quatuor, quae
„et mundi elementa appellantur; ignis vide-
„licet, aer, aqua et terra.“ (Notatu dignum
„videtur, quod humanissime mihi per lite-
ras nunciauit *Morellius* longe doctissimus, in
Graeco *Meletii* codice, qui extat Venetiis in
bibliotheca Marciana, hunc locum non repe-
riri.) *Simplicius* [38]): *οὐ τοῦ νείκους ἐστὶν ἡ φιλία συναγωγὸς, ἀλλὰ τῶν ὑποκειμένων στοιχείων. — Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα (ὑποθεὶς) τῷ νείκει καὶ τῇ φιλίᾳ.* Item [39]), vbi docet, quomodo sententia Empedoclis differat ab Anaxagorae sententia: *ἡ διαφωνία ἦν, καθ' ὃ τὴν τοιαύτην φύσιν* (np. quatenus *στοιχεῖον* est, *εἰς ὃ ἐνυπάρ-*

37) de natura hominis p. 142.
38) ad *Aristot.* phys. 1, p. 43. b.
39) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 148. b.

Digitized by Google

χον διαιρεῖται τὰ σώματα, αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει), οἱ μὲν ἄλλοις, ἄλλοι δὲ ἄλλοις σώμασιν ἐνυπάρχειν ἔλεγον· ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τοῖς τέσσαρσιν, ἐκεῖνα λέγων στοιχεῖα· ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ταῖς ὁμοιομερείαις. — Ἀναξαγόρας τὰ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους (np. λεχθέντα) στοιχεῖα, μικτὰ εἶναι ἔλεγεν, ἀέρα καὶ πῦρ, καὶ τἄλλα πάντα, καὶ εἶναι ἀθροίσματα τῶν ὁμοιομερῶν ἅπαντα. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὰ ὁμοιομερῆ πάντα ἐκ τῶν τεσσάρων συντίθεσθαί φησι, καὶ εἶναι ταῦτα πάντων στοιχεῖα. Rursus [40]): Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα τὰ στοιχεῖα ὑποτιθέμενος, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὁμοιομερὲς λέγων, ἐκ τούτων πᾶσαν τὴν γένεσιν αἰτιᾶται. πλὴν ὅτι ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἁπλᾶ ταῦτα ὑποτίθησιν, ὁ δὲ Ἀναξαγόρας σύνθετα ταῦτα ἐκ τῶν ὁμοιομερειῶν. (Ibidem τὰ ὁμοιομερῆ interpretatur τὰ εἰς ὅμοια τῷ ὅλῳ μέρη διαιρούμενα. τοιαῦτα δὲ, σὰρξ, καὶ ὀστοῦν, καὶ ξύλον, καὶ λίθος, ἄτινα ὅτι οὐκ ἔστιν ἁπλᾶ, δῆλον.) *Probus* [41]): „Omnem hanc rerum na-

40) loco laudato p. 149. a. Cf. *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, 1.

41) ad *Virgil.* ecl. 6, 31.

Digitized by Google

„turae formam tenui primum et inani mole „dispersam, refert (*Virgilius* siue *Orpheus*) in „quatuor elementa concretam: et ex his „omnia esse postea effigiata Stoici tradunt, „Zenon Citieus, ac Speusippus Solaeus, et „Cleanthes Thasius (leg. Assius), qui princi- „pem habuerunt Empedoclem Agrigentinum.“ *Seruius* [42]): „Variae sunt opiniones de prin- „cipiis rerum. Anaxagoras enim omnia igne „procreari dixit, — Empedocles ex quatuor „elementis. vnde *Lucretius* (1, 716.):“

„„Ex imbri, terra, atque anima nascun- „„tur, et igne.““ *Lactantius* [43]): „Empe- „docles — quatuor elementa constituit, id „est, ignem, aerem, aquam et terram, for- „tasse Trismegistum secutus, qui nostra cor- „pora ex his quatuor elementis constituta esse „dixit a Deo: habere namque in se aliquid „ignis, aliquid aëris, aliquid aquae, aliquid „terrae; et neque ignem esse, neque aerem, „neque aquam, neque terram: quae quidem „falsa non sunt.“ *Theodoretus* [44]): ὁ δὲ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα ἔφη τὰ τέτταρα.

Vides, lector, satis magnum locorum numerum. Quorsum vero, inquis, tot verba scriptorum, qui omnes sunt Aristotele recentiores,

42) ad *Virgil.* ecl. 6, 32.

43) 2, 12.

44) de Graec. affect. dissert. II. Vol. IV. p. 729.

Digitized by Google

atque adeo vim exiguam habent ad demonstrandam veritatem rerum ab ipsorum aeuo longe remotarum? Scilicet attuli ea, primo vt videres, in plerisque scriptoribus, a quibus exspectari recte poterat sententiae Empedocleae illustratio quaedam, quales sunt antiqui Aristotelis interpretes, vix plura inueniri, quam in Aristotele, quem fere omnes secuti sunt, et cuius relationes paulo post oblata occasione tradere constitui, vtque adeo supersedere posses labore illo molestissimo, qui a me impendendus et impensus fuit legendis, excerpendis et componendis locis omnibus. Simul nouo exemplo intelliges, quod ab istis hodiernis saepe cum damno nostro experiri cogimur, scriptorum antiquiorum non raro eandem esse quam famae rationem, quae, dum per manus quasi traditur, crescit et saepe falsa refert pro veris omninoque traditionem acceptam deformat, ita vt iis lectis multo sis quam ante incertior. Ne tamen querulus tibi videar, neque mihi colligendi, tibi collecta legendi labor frustra susceptus sit, periculum faciamus et quaeramus, quid tandem ex hac farragine perceperimus commodi. Nimirum didicimus, *a*) quomodo differant Empedoclis et Anaxagorae de elementis sententiae. Et clarius quidem hoc discrimen traditum fuit, quam his *Aristotelis* [45]) verbis docetur: *Ἀνα-*

45) de coelo 3, 3. Cf. ad h. l. *Themistius* fol. 47. b.

Digitized by Google

Ξαγόρας ἐναντίον Ἐμπεδοκλεῖ λέγει περὶ τῶν στοιχείων. ὁ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις, στοιχεῖα φησὶν εἶναι τῶν σωμάτων, καὶ συγκεῖσθαι πάντ' ἐκ τούτων· Ἀναξαγόρας δὲ τοὐναντίον. *b*) auctores fere omnes, qui Empedoclis de elementis placita referunt, in iis enumerandis primo loco ponere ignem. Quod fortassis non sine causa factum videatur. v. infra. Eodem modo *Aristoteles* [46]): οἱ μὲν ὡς ὕλην τὴν ἀρχὴν λέγουσιν, ἄν τε μίαν, ἄν τε πλείους ὑποθῶσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν τε ἀσώματον τιθῶσιν· οἷον — Ἐμπεδοκλῆς πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα. *c*) a multis tantum in vniuersum commemorari τὰ τέσσαρα, omisso nomine στοιχεῖα. Similiter *Aristoteles* [47]): παρασημαίνεσθαι (δεῖ) τὰς ἑκάστων δόξας· οἷον ὅτι Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησι τῶν σωμάτων στοιχεῖα εἶναι. Nam non addidit, quaenam fuerint illa quatuor elementa. E quo satis apparet, quam celebre et omnibus notum hoc dogma fuerit. Quae celebritas vnde nata sit, intelligi potest ex iis, quae §. 6. *Reinesio* duce me dicere memini. *d*) haec quatuor ab aliis vocari στοιχεῖα, ab aliis ἀρχὰς, quod minus

46) metaphys. 1, 6.
47) topic. 1, 12.

Digitized by Google

recte factum videtur, vt infra patebit *). e) eadem nominari materiam, praeeunte *Aristotele* [48]): Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησιν εἶναι σώματα, τὴν ὕλην. Item [49]): τὴν ὕλην ἐκεῖνος λέγει πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα. Alia, quae ex allatis locis disci possunt, vel cuilibet facile patent, vel a me tradentur alio loco.

Nunc quidem, priusquam quae de elementis in vniuersum Empedocles statuerit contemplemur, arbitror pauca de eo esse dicenda, quod primus philosophorum legitur quatuor elementa posuisse. *Aristoteles* [50]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα πρῶτος εἶπεν. Item [51]): τούτων (τῶν στοιχείων) τὴν ὑποκειμένην ὕλην, οἱ μέν φασι μίαν εἶναι, — οἱ δὲ, πλείω τὸν ἀριθμὸν ἑνός· οἱ μὲν πῦρ καὶ γῆν, οἱ δὲ ταῦτά τε καὶ ἀέρα τρίτον· οἱ δὲ καὶ ὕδωρ τούτων τέταρτον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς. *Simplicius* [52]): ἕκαστος ὅπερ ἔλε-

*) §. 10. extr.

48) metaph. 1, 7.

49) metaph. 1, 7. extr.

50) metaphys. 1, 4. Cf. *Alexander Aphrod.* ad *Aristot.* metaph. 1, 3. p. 12.

51) de generatione et corruptione 2, 1.

52) ad *Aristot.* phys. 2, p. 60. b.

Digitized by Google

γε πρῶτον ὑποκείμενον, τοῦτο καὶ φύσιν ἐκάλει τῶν ὄντων, εἴτε ἓν ἦν τοῦτο, ὥσπερ Θαλῆς μὲν ὕδωρ ἔλεγεν, Ἀναξιμένης δὲ ἀέρα, — εἴτε τὰ τέσσαρα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς. γῆν δὲ μόνην οὐδεὶς εἶπεν. *Iohannes Philoponus* [53 a]): πῦρ μὲν καὶ γῆν ὁ Παρμενίδης ὑπέθετο. ταῦτα δὲ μετὰ τοῦ ἀέρος Ἴων ὁ Χῖος ὁ τραγῳδοποιός. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ τέσσαρα ὑπέθετο. Item [53 b]): οὕτω δεῖται τοῦ ὑποκειμένου ὁ τῶν ἀρχῶν κατάλογος, ὥστε τῶν ἀρχαιοτέρων τινὲς οὐδὲ ἓν τοῦτο πεποιήκασιν, ἀλλὰ πολλά· Ἐμπεδοκλῆς μὲν, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· Παρμενίδης δὲ, πῦρ καὶ γῆν· ἄλλοι δὲ, τρία· ἕτεροι, ἕν.

At vero, inquis, quicunque historiae philosophorum operam dedit, ille sciat oportet, iam ante Empedoclem fuisse philosophos, qui quatuor elementa statuerent. Saltem ipsi Pythagorae hoc dogma tribuitur a *Diogene Laertio* [54]) et *Sexto Empirico* [55]). Recte. Si quis tamen Aristotelem eiusque interpretes errasse et falsa de Empedocle retulisse existimet, non

53 *a*) ad *Aristot.* de generatione et interitu 2, p. 46. b.

53 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. d, 7.

54) 8, 25.

55) adu. Mathematt. 10, 283.

Digitized by Google

ego quidem assentiar. Potest enim eius relatio cum Diogenis et Sexti traditionibus facile et recte ita conciliari, vt vtraeque appareant verae. Nam e Pythagorica quidem ratione elementa orta esse putabantur ex solidis quibusdam corporibus, haec e figuris planis, hae e lineis, hae e punctis, haec e numeris, hi ex monade et indefinita dyade [56]). Sed Empedocles docebat, elementa esse aeterna. Quatenus igitur ille quatuor elementa statuebat aeterna et vt materiam reliquarum rerum omnium primam (ὡς ἐν ὕλης εἴδει) spectanda esse, hactenus vera tradidisse Aristoteles putandus est.

En vero locos, in quibus Empedocles docuisse dicitur, elementa esse aeterna. *Aristoteles* [57]): τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα· τὰ δ' ἄλλα γίνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. *Hesychius:* ἀγέννητα· στοιχεῖα παρὰ Ἐμπεδοκλεῖ. *Simplicius* [58]): Ἐμπεδοκλέους λέγοντος ἀΐδια μὲν τὰ στοιχεῖα, τήν τε (leg. τὴν δὲ) μίξιν ἐκ τῆς διακρίσεως αὐτῶν γέ-

56) v. *Diog. Laert.* l. l. et *Tiedemanni* Griechenlands erste Philosophen p. 434. sqq. et System des Emped. p. 59. sq.

57) de Xenophane cap. 2. Male ad Zenonem trahit haec verba Cel. *Heeren* ad *Stobae.* ecl. phys. p 61.

58) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 155. a.

Digitized by Google

νεσιν ἀποδιδόντος. Rursus [59]): εἰ ἀεὶ τὰ αὐτὰ αἴτια ὡρισμένα, καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη, δηλονότι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄφθαρτα ὄντα, καὶ τὴν τάξιν τὴν ἀφ' ἑκατέρου γινομένην ὡρισμένην ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄλλοτε ἄλλην. *Iohannes Philoponus* [60]): τὸν περὶ αὐτῶν (στοιχείων) προχειρίζεται (Aristoteles) λόγον, εἴτε ἔστι στοιχεῖα τῶν γινομένων τὰ τέσσαρα ταῦτα πολυθρύλλητα, εἴτε μὴ ἔστι. καὶ πότερον γενητά ἐστι ταῦτα ἢ ἀγένητα καὶ ἀμετάβλητα, ὡς ἔδόκει Ἐμπεδοκλεῖ.

Sed cum reperiantur etiam loci, qui, elementorum aeternitatem non creditam fuisse ab Empedocle, videantur ostendere, postulat plenitatis, quam mihi in hoc tractatu proposui, ratio, vt et illos afferam. Itaque *Plutarchus* [61]): Ἐμπεδοκλῆς, inquit, πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα, οἱονεὶ στοιχεῖα πρὶν στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα. Vltima tria vocabula pro glossemate esse habenda, non est quod multis demonstretur. Nam non solum formula ὅπερ ἐστὶ hoc satis declarat, sed etiam ipsa

59) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. b. Cf. ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

60) ad *Aristot.* de generatione et corrupt. 1, p. 28. b.

61) de placitis philos. 1, 13.

Digitized by Google

explicandi ratio. Quis enim dixerit, ὁμοιομερῆ esse rotunda? Immo nomen ὁμοιομερῆ indicat, corpuscula illa prima et quasi elementorum elementa habuisse partes et naturam naturae et partibus elementorum similes. Praeterea *Stobaeus* [62]), qui plane eadem quae Plutarchus refert, nisi quod posuit πρὸ τῶν στοιχείων pro πρὶν στοιχείων, vltima illa verba prorsus omisit. Denique nec in *Galeni* [63]) verbis vllum est τῶν στρογγύλων vestigium: πρὸ τῶν τεσσάρων σχημάτων βραχύτατα ἢ ψήγματα οἷον στοιχεῖα ἀπὸ (fort. leg. πρὸ) στοιχείων ὁμοιομερῆ νομίζουσιν εἶναί τινες τὰ λεγόμενα ἐλάχιστα, quibus verbis quin ad Empedoclem respexerit dubitari non potest, nec in similibus locis *Plutarchi* [64]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐστιν ἐλάχιστα, καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων. *Stobaei* [65]): Ἐμπεδοκλῆς (καὶ Ξενοκράτης) — στοιχεῖα πρὶν στοιχείων. qui etiam alio loco [66]) respicere videtur ad Empedoclem, vbi refert, esse qui putent, εἶναι τὰ πρῶτα σώ-

62) eclog. 1, 15. p. 348. sq.
63) hist. philos. cap. 10.
64) de plac. philos. 1, 17.
65) ecl. 1, 18. p. 368.
66) ecl. 1, 52. p. 860.

Digitized by Google

ματα ἄτομα, πρὸ τῶν στοιχείων στοιχειωδέστερα. Et iterum *Galeni* [67]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτάτων οἴεται τὰ στοιχεῖα συγκρίνειν. Quare *Bruckeri* opinio, qui e verbis illis Plutarchi suspectis collegerat, minimas istas et rotundas particulas ex infinita reliqua materia solas moueri [68]), recte repudiatur a *Tiedemanno* [69]).

Posset quidem ad refutandas has seriorum scriptorum traditiones afferri testimonium *Aristotelis* [70]): Ἐμπεδοκλεῖ τὰ μὲν ἄλλα φανερὸν ὅτι μέχρι τῶν στοιχείων ἔχει τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν· αὐτῶν δὲ τούτων πῶς γίνεται καὶ φθείρεται τὸ σωρευόμενον μέγεθος, οὔτε δῆλον, οὔτε ἐνδέχεται λέγειν αὐτῷ, μὴ λέγοντι καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον. Quae verba ita exponit vberius *Iohannes Philoponus* [71 a]): γένεσιν τῶν μὲν συνθέτων τῇ συγκρίσει τῶν στοιχείων εἶναι λέγει, αὐτῶν δὲ τῶν στοιχείων γένεσιν οὐκέτι λέγειν δύναται, μὴ ὑποτιθέμενος καὶ αὐτῶν τούτων ἁπλούστερα στοιχεῖα. —

67) hist. philos. cap. 10. Adde locum *Simplicii* ad n. 16. allatum.

68) hist. crit. philos. T. I. p. 1114.

69) System des Emped. p. 44.

70) de generat. et corrupt. 1, 8.

71 a) ad *Aristot.* l. l. p. 36. b. et 37. a.

Digitized by Google

τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὰ μὲν ἄλλα, τουτέστι τὰ σύνθετα, μέχρι τῶν τεσσάρων στοιχείων ἔχει τὴν ἀνάλυσιν· πρῶτα γὰρ στοιχεῖα εἰσὶν αὐτῷ τὰ τέσσαρα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν συνθέτων τῆς γενέσεως ἔχοι ἂν λόγον τὴν τῶν στοιχείων σύγκρισιν· τίνα δὲ τρόπον καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα γίνεται καὶ φθείρεται, οὐκ ἔχει λέγειν, μὴ λέγων καὶ αὐτῶν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἁπλούστερά τινα στοιχεῖα. — μὴ λέγοντι οὖν, φησι (Aristoteles), πυρὸς στοιχεῖα, μηδὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὕδατος δηλονότι καὶ ἀέρος καὶ γῆς, οὐχ οἷόν τε ἀποδοῦναι τὴν γένεσιν αὐτῶν. In his enim locis opponuntur elementa rebus compositis, vt in loco *Simplicii* supra ad n. 40. allato, vbi et ἁπλᾶ vocantur [71 b]). Negantur etiam elementorum elementa. Sed vti iis locis ad demonstrandam elementorum Empedocleorum aeternitatem nolui, quia oriri et interire dicuntur, quae in aeterna profecto non cadunt.

Age vero, conferamus alios locos, vt tandem, si fieri potuerit, haec obscuritas illustretur, veraque Empedoclis de elementorum aeternitate sententia explicari luculenter possit. Viam huic disputationi muniant verba

71 b) Cf. infra ad n. 133 — 138.

Digitized by Google

Aristotelis [72]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέτταρα (τίθησι), πρὸς τοῖς εἰρημένοις γῆν προσθεὶς τέταρτον. ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαμένειν καὶ οὐ γίνεσθαι, ἀλλ' ἢ πλήθει καὶ ὀλιγότητι συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, εἰς ἕν τε καὶ ἐξ ἑνός. Respicere ad hunc locum videtur *Simplicius* [73]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ μὲν σωματικὰ στοιχεῖα ποιεῖ τέσσαρα, πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, ἄϊδια μὲν ὄντα πλήθει καὶ ὀλιγότητι, μεταβάλλοντα δὲ κατὰ τὴν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. τὰς δὲ κυρίως ἀρχὰς, ὑφ' ὧν κινεῖται ταῦτα, φιλίαν καὶ νεῖκος. δεῖ γὰρ διατελεῖν ἐναλλὰξ κινούμενα τὰ στοιχεῖα, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας συγκρινόμενα, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα. Magis perspicue explicatur ab eodem *Simplicio* [74]), vbi in Empedoclis, Democriti et Anaxagorae decretis dicit esse κοινόν τι, τὸ δηλονότι τὸ παρ' ἑκάστῳ τιθέμενα στοιχεῖα ἄϊδια ὄντα, τότε γίνεσθαι δοκεῖν, ὅτε ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρίνεται. ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὅταν ὕδωρ ἐξ ἀέρος γίνηται, ἢ ἀὴρ ἐξ

72) metaphys. 1, 3. Cf. *Scipio Aquilian.* p. 155. sq.

73) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

74) ad *Aristot.* de coelo, 3, p. 155. a. Cf. eiusdem verba ad n. 58. allata.

Digitized by Google

ὕδατος, ἐνυπάρχοντα πρότερον ἐν τῇ μίξει ἐνεργείᾳ τότε διακρίνεσθαι δοκεῖ λέγειν. Et ab *Iohanne Philopono* [75]): δείξας ὅτι ἡ τῶν στοιχείων γένεσις ἀποτελεῖται, ἑκάστου αὐτῶν κατ' ἀριθμὸν μὲν φθειρομένου, κατ' εἶδος δὲ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, φησὶν (Ἀριστοτέλης), ὅτι εἰ λέγοι τις καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ στοιχεῖα κατ' ἀριθμὸν τὰ αὐτὰ διαμένειν· τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ,

εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀριθμῷ, — —

ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε· ῥητέον ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀγένητα φησὶν εἶναι τὰ στοιχεῖα, οὐχ ὡς ἡμεῖς γενητὴν τὴν οὐσίαν ὑποτιθέμενος αὐτῶν, καὶ τοιαύτην ὡς ἐνδέχεσθαι καὶ μὴ εἶναι. Bene, inquam, hi ostenderunt, elementa ex Empedoclis mente non vere oriri, sed tantum oriri videri. De qua sententia plura dicta sunt infra §. 11. Verum nihil dixerunt de illo, quod Aristoteles ex Empedocle vocat ἕν, e quo elementa prodiisse et in quod eadem reuerti dixerat. Alii vocant μονάδα. Videamus locos singulos. *Aristoteles* igitur [76]): ὅσοι, inquit, ἓν καὶ πολλά φασιν εἶναι, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξα-

75) ad *Aristot.* de gener. et corrupt. 2, p. 70. a.
76) physic. 1, 4.

Digitized by Google

γόρας· ἐκ τοῦ μίγματος γὰρ καὶ οὗτοι ἐκκρίνουσι τὰ ἄλλα. διαφέρουσι ἀλλήλων, τῷ τὸν μὲν περίοδον ποιεῖν τούτων, τὸν δ' ἅπαξ· καὶ τὸν μὲν ἄπειρα, τά τε ὁμοιομερῆ, καὶ τἀναντία, τὸν δὲ τὰ καλούμενα στοιχεῖα μόνον. Rursus [77]): Ἐμπεδοκλῆς — τίθησι μὲν ἀρχήν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς τὸ νεῖκος. δόξειε δ' ἂν οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦτο γενναῖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἑνός. ἅπαντα γὰρ ἐκ τούτου πλὴν ὁ θεός. — εἰ γὰρ μὴ ἓν ἦν τὸ νεῖκος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα ὡς φησιν. Quid vero per illud ἓν intelligendum sit, neque ex his locis apparet, neque vllo alio in loco dicit Aristoteles, quamuis saepius eius mentionem faciat. Immo ingenue ostendit, iam sua aetate incertum fuisse, quae notio esset τῷ ἑνὶ Empedocleo subiicienda [78]): Ἐμπεδοκλῆς — λέγει, ὅτι τὸ ἓν ὄν ἐστι. δόξειε γὰρ ἂν λέγειν, τοῦτο τὴν φιλίαν εἶναι. αἰτία γοῦν ἐστιν αὕτη, τοῦ ἓν εἶναι πᾶσιν. ἕτεροι δὲ πῦρ, οἱ δ' ἀέρα φασὶν εἶναι τὸ ἓν τοῦτο καὶ τὸ ὄν, ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι. Igitur tres affert τοῦ ἑνὸς interpretationes, vt vel aer significetur, vel ami-

77) metaphys. 2, 4.

78) loco proxime ante laudato. Cf. metaph. 10, 2.

Digitized by Google

citia, vel ignis. Primam explicationem pauci secuti reperiuntur. Secunda, quam et sibi placere fatetur Aristoteles, probata est pluribus, vt *Alexandro Aphrodisiensi* [79]): „Naturales auctores, quorum fuit Empedocles, quiddam aliud enti et vni subiiciebant, et haec illi adeo putabant. Nam Empedocles referens ad notius quiddam, vnum amicitiam esse statuit, de qua vnum praedicari ait, quoniam amicitia per ipsum cogendis rebus causa cuique est, vt vnum sit." Et iterum [80]): „Empedocles vnum amicitiam esse dixit, Anaximander aerem, quidam infinitum." Atque *Syriano* [81 a]): „Videtur mihi neque Empedocles aliud quid amicitiam ipsam supponere, quam ipsum vnum, verum non quod est omnibus incompositum, sed vt componitur interminata dualitas, quam litem ille appellat: a quibus et primum ens substitit, et intelligibilia omnia, et sensibilis distinctio." Denique *Iohanni Philopono* [81 b]): „Quidnam est vnum? vtrum substantia quaedam est, et in eo, quod vna est, substantificatur, sicuti Pythagorei prius dixerant, et postea Plato, vel potius subiicitur vni natura quaedam, et quomodo opor-

79) ad *Aristot.* metaphys. p. 98.
80) ibidem p. 328.
81 *a*) ad *Aristot.* metaph. 2, p. 8. b.
81 *b*) ad *Aristot.* metaph. 10. fol. 41. a.

Digitized by Google

„tet dicere notius? Numquid sicuti naturales „dicunt? Veluti Empedocles amicitiam dice- „bat, Anaximander vero aerem, alii alia, ita „vt omnes naturam quandam vni subiicie- „bant.“ De igni interpretantur τὸ ἓν Cedrenus [82]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν λέγων. καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεόν. Et Pseudo-Origenes [83]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη. καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεόν. Vocant autem, quod probe obseruandum, non πῦρ simpliciter, sed πῦρ νοερὸν, i. e. *ignem, qui non sensibus, sed mente tantum percipitur.* Quod vero iidem monada vocant deum, id, quanquam *Bruckero* [84]) placuit, probari nullo modo posse, omnis Empedocleae philosophiae nexus luculenter declarat, nisi forte quatenus Empedocles in vniuersum elementa deos nominauit. Ad postremam hanc rationem, τὸ

82) in synopsi historiarum T. I. p. 157.

83) philosophum. c. 3. p. 49.

84) hist. crit. philos. T. I. p. 1112. sq. et 1115. Etiam *Augustin. Steuchus Eugubinus* de perenni philosophia 3, 5. p. 136. ed. Lugd. 1540. fol. et *Petr. Lescaloperius* in Humanitate theologica, in qua M. T. Cicero de N. D. argumentis, expositionibus, illustrationibus nunc primum insignis in lucem prodit, Paris. 1660. fol. p. 47. vbi *de Empedoclis Theologia* agit, per vnitatem illam intelligunt Deum.

Digitized by Google

ἓν esse ignem, pertinet etiam locus in *Theologumenis arithmeticae* p. 8. *τὴν μονάδα ἐκάλουν οἱ Πυθαγόριοι* (ita vitiose editum est pro *Πυθαγόρειοι*) *νοῦν, εἰκάζοντες τῷ ἑνί· ἐν ἀρεταῖς γὰρ εἴκαζον αὐτὴν φρονήσει. τὸ γὰρ ὀρθὸν, ἕν. ἐκάλουν δὲ τὴν οὐσίαν αἴτιον ἀληθείας. ἁπλοῦν παράδειγμα, τάξιν συμφωνίας ἐν μείζονι καὶ ἐλάσσονι τὸ ἴσον· ἐν ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει, τὸ μέσον· ἐν πλήθει δὲ, τὸ μέτριον· ἐν χρόνῳ, νῦν τὸν ἐνεστῶτα. ἔτι δὲ καὶ ναῦν, ἅρμα, φίλον, ζωὴν, εὐδαιμονίαν. πρὸς τούτοις φασὶ περὶ τὸ μέσον τῶν τεσσάρων στοιχείων κεῖσθαί τινα ἐναδικὸν διάπυρον κῦβον, οὗ τὴν μεσότητα τῆς θέας καὶ Ὅμηρον εἰδέναι, λέγοντα* [85])

τόσσον ἔνερθ' Ἄϊδος [86]), *ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.*

ἐοίκασι δὲ, κατά γε ταῦτα, κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορίοις οἵ τε περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην, (p. 9.) *καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν πάλαι σοφῶν, φάμενοι τὴν μοναδικὴν φύσιν ἑστίας τρόπον ἐν μέσῳ ἱδρύσθαι. καὶ διὰ τὸ ἰσόῤῥοπον φυλάσσειν*

85) Il. 9, 16.

86) Ob metri leges praeferenda est lectio *Ἄϊδεω*, quae est in libris Homeri.

Digitized by Google

τὴν αὐτὴν ἕδραν. καὶ δὴ Εὐριπίδης, ὡς Ἀναξαγόρου γενόμενος μαθητὴς, οὕτω τῆς γῆς μέμνηται·

ἑστίαν δέ γε οἱ σοφοὶ βροτῶν νομίζουσι 87).

Quid vero? dixerit quis, vbi in his verbis dicit auctor Theologumenon, τὸ ἓν Empedoclis esse ignem? Scilicet comparanda sunt verba *Plutarchi* 88): Νουμᾶς λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν· ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα. Possem iam multis docere, etiam pluribus modis τὴν μονάδα ab antiquis expositam, atque adeo pluribus nominibus appellatam fuisse, quorum non pauca ex iisdem Theologumenis modo commemorata sunt. Recte enim *Hesychius*: πολυώνυμον· τὴν μονάδα οὕτως ἐκά-

87) In Cod. Reg. Paris. 1943. non 484. vt e *Labbeo* tradit *Fabricius* biblioth. Graec. Vol. IV. p. 10. e quo codice Wecheliana editio expressa est, legitur δέ σε. Similiter ap. *Macrob.* Saturnn. 1, 23. locus ille *Euripidis*, qui e qua fabula desumtus esset ignorabam, ita legitur:

καὶ γαῖα μῆτερ. ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

88) in vita Numae c. 11.

Digitized by Google

λουν. Verum cum nomina ista, quotquot inueniri potuerunt, in quibus etiam sunt θεὸς, Ἀπόλλων, ὕλη, χάος, summa diligentia e variis scriptoribus collegerit *Meursius* in denario Pythagorico [89 a]), illic ea legi, quam hic exscribi, satius est. Quaeramus potius, quid per τὸ ἕν probabiliter significauerit Empedocles. Et mihi quidem fateor ex omnibus illis, quas attuli, τοῦ ἑνὸς interpretationibus nullam veriorem videri, quam hanc: τὸ ἕν esse vniuersam rudis materiae molem s. chaos, et quidem aeternum, complectens et continens in se omnia elementa, etiam τὸ νεῖκος et τὴν φιλίαν. Faciunt huc verba *Themistii* [89 b]): οἱ φυσικοὶ δὲ, τὸ μὲν ἕν ποιοῦσιν ὑποκείμενον καὶ ὕλην· τὰ ἐναντία δὲ, διαφοράς τε καὶ εἴδη. ἕτεροι δὲ τῶν στοιχείων μὲν οὐδὲν, ἄλλο δὲ, ὃ πυρὸς μὲν πυκνότερον, ἀέρος δὲ λεπτότερον, ὡς Ἀναξίμανδρος. οὗτος δὲ οὐκ ἔτι ἀλλοιώσει χρῆται πρὸς τὴν γένεσιν τῶν ἐφεξῆς, ἀλλ' ἐκκρίνεσθαί φησιν ἐξ ἀπείρου τοῦ στοιχείου τὰς ἐναντιότητας ἐνυπαρχούσας, ὥσπερ γε καὶ οἱ

89 *a*) cap. 3. Insertus extat hic *Meursii* liber *Gronouii* thesauro antiquitt. Graec. T. IX. Cf. *Plotini* diss. περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι τοῦ ἑνὸς, in Col. *Villoisoni* anecdot. Graec. T. II. p. 237 — 241.

89 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. 1, p. 18. a.

Digitized by Google

πολλὰς ὑποθέμενοι τὰς ἀρχὰς, ἓν δὲ αἴτιον τὸ ποιητικὸν, Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· ὁ μὲν, τάς τε ὁμοιομερίας καὶ τὸν νοῦν· ὁ δὲ, τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα καὶ τὸν σφαῖρον. Item loci *Simplicii* 90): Ἐμπεδοκλῆς πλείους κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς ἔθετο, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἓν δὲ τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. ὅτι παρὰ μέρος ἑκάτερον αὐτῶν ἐπικρατεῖ καὶ ποιεῖ, καὶ οὐχ ἅμα ἄμφω. ἀεὶ γὰρ αὐτῷ οὕτως ἓν τὸ ποιοῦν γίνεται. ἢ οὐχὶ τὸ ποιητικὸν αὐτοὺς (np. Empedoclem et Anaxagoram) ἓν λέγειν ῥητέον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ μίγμα. ὃ ἦν κατὰ μὲν Ἀναξαγόραν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν ἀπείρων τῷ πλήθει μεμιγμένων, κατὰ δὲ Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ποτὲ μὲν συγκρινομένων ὑπὸ τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ διακρινομένων ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ ποιούντων τόνδε τὸν κόσμον. Et: Ἐμπεδοκλῆς δύο ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναντιώσεις ὑποθέμενος, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, εἰς μίαν τὰς δύο συνεκορύφωσε τὴν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας, ὥσπερ καὶ ταύτην εἰς μονάδα τὴν τῆς ἀνάγκης. ἀλλ αὕτη μὲν ὡς ἓν, τὸ δὲ νεῖκος καὶ ἡ φιλία ὡς

90) ad *Aristot.* physic. 1, p. 33. a. et p. 43. a.

Digitized by Google

δύο. καὶ οὐχ ὡς ποιητικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς στοιχειώδη, ὡς ἡ διάκρισις καὶ ἡ σύγκρισις. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τούτοις. Ex hac ratione Empedocles quatuor qualitates elementorum inter se contrarias ad duo quasi genera reduxit, et haec duo rursus ad vnum. Hoc igitur debet esse omnium primum, e quo elementa atque adeo res reliquae omnes ortae sint. Quod vero h. l. vocatur μονὰς τῆς ἀνάγκης, ex eo puto colligi posse, chaos ab Empedocle putatum fuisse aeternum. Indicat enim illa formula haud dubie, non ratiocinationem, non mentem intelligentem quandam, originem dedisse elementis reliquisque rebus, chaos igitur, cum semel adsit, non oriri non potuisse. Similia tradidisse videtur *Stobaeus*. Sed cum locus eius valde corruptus sit, de vera eius lectione primo videndum est. In editione igitur Canteriana et Geneuensi [91]) legitur ita: τὴν ἀνάγκην, ὕλην δὲ αὐτῆς, τὰ δ' στοιχεῖα· εἴδη δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν νεικί· λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα ἀθερυς καὶ τὸ μίγμα τούτων τὸν κόσμον, καὶ πρὸς τανλυθήσεται τὸ μονοειδές· καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχὰς θείους, καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς. Sed Cel.

91) eclog. phys. 1, p. 5.

Digitized by Google

Heeren sic edidit [92]): τὸ μὲν ἓν τὴν ἀνάγκην, ὕλην δὲ αὐτὰ τὰ τέσσερα στοιχεῖα, εἴδη δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα θεοὺς, καὶ τὸ μίγμα τούτων τὸν κόσμον· καὶ πρὸς ταῦτα ἀναλυθήσεται τὸ μονοειδές· καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχὰς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς. Simili modo ego quoque locum correxeram diu ante quam nuperam viri doctissimi editionem vidissem. In quibus vero dissenserim et nunc quoque dissentiam, ingenue indicabo. Scilicet pro ἀθεους placebat mihi emendatio δ' θεοὺς, et vitiosa illa verba, καὶ πρὸς ταυλυθήσεται τὸ μονοειδὲς, correxeram ita: ὅς καὶ ἀναλυθήσεται εἰς τὸ μονοειδές. Cf. infra §. 11. ad n. 60. sqq. De transpositione paginarum, quam Heeren fecit, non ego cogitaueram, quamuis nunc eam mihi placere fatendum sit, et ὕλην τῆς ἀνάγκης explicaueram *materiam cuius ratio reddi non potest* s. *quae non esse non potest.* Cum denique in toto hoc loco non reperiatur nomen Empedoclis, et tamen dogma, quod commemoratur, sit Empedocleum, dubium est, quibus verbis praefigendum sit illud nomen. *Heeren* illud latere videri posse ait in verbis ὕλην δὲ αὐτῆς, rectius tamen omnia, quae

92) eclog. 1, 3. p. 60.

Digitized by Google

ex *Stobaeo* retulimus, pro Zenonis Eleatici placito haberi opinatur. Ego vero nomen Ἐμπεδοκλῆς excidisse arbitror, et ita reponendum: ὕλην δὲ αὐτῆς Ἐμπεδοκλῆς, np. φησὶ, quod verbum in talibus saepe omitti constat. Nam in loco *Aristotelis* 93 a), quem laudat vir doctissimus, vt ostendat, Zenoni cum Empedocle et in multis aliis conuenisse, et in eo quoque vt coniunctione et dissolutione omnia ex elementis fieri et interire doceret, ita manifesto agi puto de Empedocle, non de Zenone, quippe qui ne nominatus quidem adhuc ab Aristotele fuerat, vt verbis non sit opus. Verum iudicent hanc causam viri me peritiores. Meum est vt progrediar ad similes locos alios. Talis autem est *Plutarchi* 93 b): τὸ μὴ παντάπασι καθαρεύειν ἀδικίας τὸν ἄνθρωπον οὕτω τὰ ζῶα μεταχειριζόμενον, Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος ὡς ἀληθὲς προσδέχονται, πολλάκις ὀδυρόμενοι καὶ λοιδοροῦντες τὴν φύσιν ὡς ἀνάγκην καὶ πόλεμον οὖσαν. Cum vero non nesciam, haec verba etiam alio posse referri, pono alium locum *Plutarchi* 94), quem *Stobaeus* 95)

93 *a*) de Xenophane, Zenone et Gorgia c. 2.
93 *b*) de solertia animalium T. II. p. 964. D.
94) de plac. philos. 1, 26.
95) eclog. 1, 5. p. 160.

Digitized by Google

quoque et *Galenus* [96]) habent, et cuius haec sunt verba: *Ἐμπεδοκλῆς οὐσίαν ἀνάγκης αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων.* Verba *Plutarchi*, *οὐσίαν ἀνάγκης*, *Stobaeus* et *Galenus* explicant vno nomine *ἀνάγκην*, sed *αἰτίαν χρηστικὴν — στοιχείων*, bene *Heeren* interpretatur *causam mundi, quatenus vtitur principiis et elementis*, ex quibus omnia sic et non aliter composita esse possunt. Referre etiam huc possis verba *Simplicii* [97]): *οἱ τὸ ἄπειρον μόνον τιθέντες ὡς ἀρχὴν, καὶ μὴ προσλογιζόμενοι τινὰς ἄλλας αἰτίας, ὥσπερ Ἀναξαγόρας μὲν τὸν νοῦν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ φιλίαν καὶ νεῖκος, ἠρκέσθησαν πρὸς τὴν πάντων γένεσιν τῇ τοῦ ἀπείρου φύσει, καὶ τῇ ὑλικῇ ταύτῃ ἀρχῇ. — Ἐμπεδοκλῆς τῇ φιλίᾳ καὶ τῷ νείκει καὶ τῇ ἀνάγκῃ ἀνατίθησι*, np. *οὐ τὴν ὑλικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ποιητικήν τε καὶ τελικὴν ἀρχήν.* Et rursus [98]): *Ἐμπεδοκλῆς λέγει, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει*

96) hist. philos. c. 10.

97) ad *Aristot.* physic. 3, p. 107. a.

98) ad *Aristot.* phys. 8, 1. p. 272. b. Alium *Simplicii* locum huc pertinentem, supra attuli ad n. 14. et infra §. 10. ad n. 6. Cf. §. 10. ad n. 114.

Digitized by Google

τοῖς πράγμασιν. Nec dissentit *Themistius* 99): πάντες σχεδὸν οἱ περὶ φύσεως διαλεχθέντες, εἰς τὴν ἀνάγκην ἀνάγουσι τὰς αἰτίας, οὐδὲν ἄλλο τὴν ἀνάγκην, ἢ τὴν ὕλην εἶναι νομίζοντες. ἐπειδὴ γὰρ τὸ θερμὸν τοιονδὶ καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ἕκαστον τῶν ὑλικῶν, ὃ τίθεται ἀρχὴν ἕκαστος, ἐξ ἀνάγκης τόδε ἐγένετο. καὶ γὰρ ὅσοι ποιητικῆς αἰτίας ἐμνημόνευσαν, ὅσον ἁψάμενοι, χαίρειν ἐῶσιν· ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ εἰ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν. Cum igitur tot scriptores consentiant, Empedoclem statuisse materiam necessariam siue necessario existentem, non erat quod *Bruckerus* 100) improbaret *Irenaei* 101) idem referentis sententiam, nisi quatenus Valentinianae doctrinae errores non ex Graeca, sed ex Orientali philosophia fluxisse demonstratum ibat.

Iam cum ostendisse videamur, τὸ ἓν Empedocli fuisse vniuersam massam materiae, aeternum quidem et necessario existentem, sequitur vt quaeramus, quamnam putauerit primae s. primitiuae illius materiae naturam fuisse. Facile quidem ex iis, quae modo a me allata sunt, collegerit quis, totam hanc mas-

99) ad *Aristot.* phys. auscultatt. 2, p. 27. b.

100) hist. crit. philos. T III. p. 295.

101) adu. haeres. 2, 19. (2, 14. p. 133. ed. *Massuet.*)

Digitized by Google

sam Empedocli visam esse nullius elementi habuisse naturam. Cum enim omnia elementa in se contineret, haec vero nondum euoluta quasi et separata a se inuicem essent, homogeneisque quodque partibus associata: materia vniuersa et rudis et indigesta dici non poterat aut ignis aut aquae aut aëris aut terrae naturam habere. Sed Empedocli alia omnia placuisse reperiuntur. Nam cum staret sententia philosopho, omnia orta esse ex vno, non e multis, putabat illi vni non plurium, sed vnius elementi naturam esse tribuendam. Cuiusnam vero elementi naturam tribueret potissimum illi vni s. materiae rudi, dubitare non admodum poterat homo Pythagoricus. Dixit igitur, eam ignis naturam habere, ita vt τὸ ἓν, χάος, ὕλη, πῦρ pene sint pro synonymis habenda *). Quod ne temere a me dictum videatur, audiendi sunt veteres, vt *Aristoteles* [102]): ἔνιοι εὐθὺς τέτταρα λέγουσιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. συνάγει δὲ καὶ οὗτος εἰς τὰ δύο· τῷ γὰρ πυρὶ τἄλλα πάντα ἀντιτίθησιν. Rursus [103]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα πρῶτος εἶπεν. οὐ μὴν χρῆταί γε τέτταρσιν, ἀλλ' ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις. (i. e. non

*) Cf. *Scipio Aquilianus* p. 147.

102) de generat. et corrupt. 2, 3.

103) metaphys. 1, 4.

Digitized by Google

nisi ita rerum principia et causas dicit haec quatuor, vt iis hanc vim tribuat, quasi duo tantum sint, non quatuor.) πυρὶ μὲν καθ' αὐτὸ, τοῖς δ' ἀντικειμένοις, ὡς μιᾷ φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι. λάβοι δ' ἄν τις αὐτὸ θεωρῶν ἐκ τῶν ἐπῶν. Item [104]): Empedocles dixit, μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς, καὶ τῶν μετὰ πυρὸς, γίγνεσθαι τὰ πολλὰ, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι. πλὴν καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά τε καὶ τῇ διακρίσει· τῇ δὲ φύσει τέτταρα ἄνευ τῶν αἰτίων, ἢ ἕν. Etiam in illo loco, quem ad n. 70. posui, *Aristoteles* dicit, Empedoclem negare, καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον, quae verba *Iohannes Philoponus* fortassis minus recte de omnibus elementis, non de solo igni, intellexerat. Aristoteles enim videtur ibi quoque ex Empedoclis mente ignem distinxisse ab elementis reliquis, et illum his opposuisse. *Alexander Aphrodisiensis* [105]): „Empedoclem primum cau„sam efficientem distinxisse, vsumque fuisse „principiis materialibus, et quatuor corpori„bus pro elementis, at non ipsis parem ho„norem tribuisse, sed igni caetera opposuisse, „ceu tria elementa sint, vna quaedam natura."

104) de Xenoph. Zen. et Gorgia c. 2.

105) ad *Aristot.* metaphys. p. 15.

Digitized by Google

Iohannes Philoponus [106 a]): *Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα μὲν καὶ αὐτὸς ὑπέθετο στοιχεῖα, θερμοῦ δὲ καὶ ψυχροῦ ἐναντίωσιν εἰσηγεῖτο, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν ὑποτιθέμενος, τἄλλα δὲ πάντα ἀντικεῖσθαι τούτῳ φάσκων ὡς ψυχρά. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς, φησι, τέσσαρας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὅμως ἐναντίωσιν μίαν ὑπετίθετο, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν εἶναι φάσκων, τὰ δὲ ἄλλα τρία ψυχρά.* Et alio loco [106 b]): *ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγων ἀρχὰς, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν ἔλεγε, τὰ δὲ λοιπὰ ψυχρά. Lucretius* [107]) quoque videtur sic intellexisse. Dicit enim:

„Quin etiam repetunt a coelo atque ignibus eius,
„Et primum faciunt ignem se vertere in auras
„Aëris: hinc imbrem gigni, terramque creari
„Ex imbri, retroque a terra cuncta reuerti,
„Humorem primum, post aëra, deinde calorem:
„Nec cessare haec inter se mutare, meare
„De coelo ad terram, de terra ad sidera mundi:
„Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
„Immutabile enim quiddam superare necesse 'st,

106 *a*) ad *Aristot.* de gener. et interitu 2, p. 50. b. Recte rem eodem modo, quo *Philoponus*, explicat *Scipio Aquilianus* p. 157.

106 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. c. 12. Cf. ad metaphys. 1, fol. 2. b.

107) 1, 782. sqq.

Digitized by Google

„Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes. —
„Quapropter quoniam, quae paulo diximus ante,
„In commutatum veniunt, constare necesse 'st
„Ex aliis ea, quae nequeant conuertier vnquam,
„Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.
„Quin potius tali natura praedita quaedam
„Corpora constituas, ignem si forte crearint,
„Posse eadem demptis paucis, paucisque tributis,
„Ordine mutato, et motu, facere aëris auras:
„Sic alias aliis rebus mutarier omnes."

Scilicet quanquam id agit Lucretius, vt refutet Empedoclis de elementis sententiam, et quanquam negare videtur, Empedoclem statuisse elementorum elementa, quod concedi hactenus quidem potest, vt dicamus, non diserte eum haec nominasse: facit tamen egregie ad causam nostram, quoniam ex eius quoque verbis apparet, Agrigentino philosopho primam, ex qua omnia atque adeo elementa prodiissent, materiam fuisse massam igneam. De ordine, quo singula elementa ex singulis nata sint, non quidem consentit Lucretius cum aliis scriptoribus, vt infra (§. 12.) patebit. Verum non est cur his turbis turbemur. Nam primo Lucretii auctoritas potior esse debet relatione seriorum scriptorum. Deinde Empedocles ipse non satis sibi constitit hoc in genere, quod demonstrabitur infra *). De-

*) v. paulo post ad not. 108 — 112. et 157. sq.

Digitized by Google

nique Lucretius iam satis perspicue tradidit rem omnem. Scilicet proprie quidem, Empedocles dicebat, ex igni oriri aërem, ex aëre aquam, ex aqua terram, et hoc ordine opus esse ad gignendas res cunctas. Sed ad easdem destruendas alia omnia fieri et ratione prorsus opposita. Ex terra enim aquam nasci, ex aqua aërem, et ex hoc ignem, vt tandem omnia redeant in chaos s. τὸ ἓν s. ignem, e quo deinde rursus alius mundus existat modo supra indicato. Meare igitur elementa de coelo ad terram, de terra ad sidera mundi, h. e. nunc deorsum ferri, nunc sursum, np. prout vel creandae sint res, vel destruendae. Itaque ignem, vt hoc vtar, non semper sursum ascendere. Significarunt hoc veteres ita, vt dicerent, non definita esse loca elementorum Empedoclis. *Plutarchus* [108]) et *Eusebius* [109]): Ἐμπεδοκλῆς μὴ διὰ παντὸς ἑστῶτας εἶναι, μηδὲ ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων, ἀλλὰ πάντα πως ἀλλήλων μεταλαμβάνειν. Paulo aliter referunt *Stobaeus* [110]) et *Galenus* [111]), nempe postrema verba *Stobaeus* his commutauit: ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς ἀλλήλων μεταλαμβάνειν, *Galenus* autem his: ἀλλὰ πάντ'

108) de plac. philos. 2, 7.
109) praep. euang. 15, 38.
110) eclog. phys. 16. p. 358.
111) hist. philos. c. 11.

Digitized by Google

ἄλλων ἀντιλαμβάνειν, quae haud dubie sunt corrupta et ex caeteris scriptoribus emendanda, vt in eodem *Galeni* loco perperam editur Ἐμπεδοκλῆς μὲν pro Ἐμπ. μή. Caeterum patet ex his, non verum esse, quod Cel. *Heeren* ad Stobaeum annotauit, solum Stobaeum hoc Empedoclis placitum tradidisse. Similis locus est *Achillis Tatii* [112]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐ δίδωσι τοῖς στοιχείοις ὡρισμένους τόπους, ἀλλ' ἀντιπαραχωρεῖν ἀλλήλοις φησίν. ὥστε καὶ τὴν γῆν μετέωρον φέρεσθαι, καὶ τὸ πῦρ ταπεινότερον. Veram esse meam interpretationem, etiam magis intelligetur inferius, praesertim quando videris, nomina illa allegorica, quibus elementa appellabat Empedocles, non vno modo exposita fuisse a veteribus.

Sed cum demonstrauerim, igni maiorem quasi honorem ab Empedocle tributum fuisse quam reliquis elementis, quid faciemus illis veterum locis, in quibus idem docuisse dicitur, elementa esse aequalia? *Aristoteles* enim [113]), θαυμάσειε δ' ἄν τις, inquit, τῶν λεγόντων πλείω ἑνὸς τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, ὥστε μὴ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, πῶς ἐνδέχεται λέγειν αὐτοῖς

112) ad *Aratum* cap. 4. extr.

113) de generatione et corruptione 2, 6.

Digitized by Google

εἶναι συμβλητὰ τὰ στοιχεῖα· καίτοι λέγει οὕτω· ταῦτα γὰρ ἴσα πάντα. *Olympiodorus* [114]): ἀνάγκη, φησὶν (Aristoteles), ὀλίγην γῆν εἰς πολὺ ὕδωρ ἀναλύεσθαι, ἵνα μή τις αὐτῷ ἀπορήσῃ λέγων, ὅτι τοῦτο ἀληθὲς κατά σε μεταβλητὰ εἶναι λέγοντα τὰ στοιχεῖα. ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα ἀμετάβλητα ὑποτιθέμενον, οὐκ ἔχει χώραν ὁ λόγος. διὰ τοῦτο φησὶ κἂν ἀμετάβλητα ὑποθῇ, οὐδὲν διαφέρει δι' ἣν αἰτίαν, ἐπειδὴ οὐ μόνον ἀμετάβλητα, ἀλλὰ καὶ ἴσα Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ στοιχεῖα. εἰ δὲ ἴσα, τί δή ποτε ὁρῶμεν ἐξ ὀλίγου ὕδατος πολὺν ἀέρα γινόμενον, ἢ ἐξ ὀλίγης γῆς πολὺ ὕδωρ; ἄτοπον γὰρ, ἴσων ὄντων τῶν στοιχείων μὴ εἰς ἴσον μέγεθος γίνεσθαι τὴν ἀνάλυσιν αὐτῶν. ἀναιρεῖ οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἑαυτὸν αὐτός. εἰ γὰρ ἀμετάβλητα, πῶς ἴσα; καὶ εἰ ἴσα, πῶς ἀμετάβλητα; *Iohannes Philoponus* [115]): πρὸς Ἐμπεδοκλέα νένευκεν αὐτῷ (Aristoteli) τὰ λεγόμενα. ἐκεῖνος γὰρ ἀμετάβλητα μὲν εἰς ἄλληλα τὰ στοιχεῖα μένειν ἔλεγεν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ περὶ γενέσεως, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν δόξαν, ὁ φιλό-

114) in meteora Aristotelis p. 6. b.

115) ad *Aristot.* meteorolog. 1, p. 31. b.

Digitized by Google

σοφος ἔγραψεν, ἴσα μέντοι εἶναι κατὰ τὰς δυνάμεις ἀλλήλοις ἅπαντα. ἐπεὶ οὖν αὐτὸς ἐκ τῆς εἰς ἄλληλα τούτων μεταβολῆς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἤλεγξεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ οὐ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα ταῦτα βούλεται, οὐδὲν διαφέρειν τοῦτό φησι πρὸς τὸν ἔλεγχον τῶν ὑποθέσεων, ἐν ὅσῳ τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἴσά φησιν εἶναι. Et rursus [116]): πρῶτον ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ἀμετάβλητα ὑποτιθεμένῳ τὰ στοιχεῖα, συμβλητὰ αὐτὰ φάσκειν. εἰ γὰρ συμβάλλοιντο ἀλλήλοις, ὡς λέγειν τὸ πῦρ ἴσον εἶναι τῷ ἀέρι, ἢ κατὰ τὴν ποσότητα ἔσται, ἢ κατὰ τὴν δύναμιν καὶ ποιότητα. Deinde sequuntur haec [117]): εἰ τοίνυν μήτε κατὰ μέγεθος, μήτε κατὰ δύναμιν, ἢ τὴν αὐτὴν ἢ τὴν ἐναντίαν, οἷόν τέ ἐστι παράθεσιν θεωρεῖν τῶν στοιχείων, ἀμεταβλήτων αὐτῶν φυλαττομένων, ζητητέον μὴ ἄρα κατὰ τὸν τρίτον τρόπον δύναται ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεωρεῖν τὴν τῶν στοιχείων σύγκρισιν, τὴν κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἑτερογενῶν δυνάμεων, ἵνα εἴπῃ, ὡς τόδε θερμὸν, τόδε λευκόν. φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι

116) ad *Aristot.* de gener. et corrupt. 2, p. 57. b.
117) ibidem p. 58. a.

Digitized by Google

κατὰ τοῦτον μόνον τὸν τρόπον δυνατὸν αὐτῷ συμβλητὰ λέγειν τὰ στοιχεῖα, ἀμετάβλητα αὐτὰ ὑποτιθεμένῳ. οὐδὲ γὰρ δυνατὸν λέγειν τὰς ἑτερογενεῖς δυνάμεις ὁρᾶν ἢ ὅλως μεταβάλλειν εἰς ἀλλήλας, οἷον τὴν λευκότητα εἰς γλυκύτητα. — μόνως οὕτω συμβλητὰ λέγειν αὐτὰ δύναται ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀμετάβλητα λέγων. οὐ γὰρ μεταβάλλει τὸ λευκὸν εἰς τὸ θερμὸν, ἢ ἔμπαλιν. ἀμετάβλητα γὰρ εἰς ἄλληλα τὰ ἑτερογενῆ. τὸ δὲ προσκείμενον, τὸ δὲ ὡς τόδε ἐν μὲν ποιῷ σημαίνει τὸ ὅμοιον, ἐν δὲ ποσῷ τὸ ἴσον, βούλεται δηλοῦν, ὡς εἰ μὴ κατὰ ποσὸν συμβλητά ἐστι τὰ στοιχεῖα, ἀλλὰ κατὰ τὴν εἰρημένην ἀναλογίαν, κακῶς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε,

ταῦτα γὰρ ἴσα τε πάντα.

τὸ μὲν γὰρ ἴσον ἐν ποσότητι, τὸ δὲ ὅμοιον ἐν ποιότητι. ἔδει οὖν ὅμοια εἰπεῖν, καὶ μὴ ἴσα. Et paulo post [118]): μόνως οὖν τῇ τῶν ἑτερογενῶν δυνάμεων καὶ διὰ τοῦτο μὴ μεταβαλλουσῶν εἰς ἀλλήλας ἀναλογίᾳ, συμβλητὰ λέγειν ὁ Ἐμπεδοκλῆς δύναται τὰ στοιχεῖα. Ex his apparet, etiam veteribus Empedoclem visum esse non satis sibi con-

118) ibid. p. 58. b.

Digitized by Google

stare. Nam nomen ἴσα explicarunt de aequalitate vel virium vel magnitudinis. Viderunt autem, neutram explicationem conuenire cum illo Empedoclis placito, quo elementa negabat in se inuicem mutari s. aliud alius naturam mutuo recipere, quia sic alterum altero potentius maiusue esse oporteret, ita vt non essent ἴσα, vel quia elementa comparari inter se non possent, neque adeo essent συμβλητά. Putarunt igitur, quando negetur mutua elementorum mutatio, intelligenda esse heterogenea, et Empedoclem dicere debuisse ὅμοια, non ἴσα. Ad haec omnia recte iudicanda haud dubie opus est vt sciamus, quid Empedocles intellexerit per ἴσα et συμβλητά. Cum vero non ipse id explicasse reperiatur, videamus saltem Aristotelis definitiones. Et τὸ ἴσον quidem quid sit, multis passim disputat in metaphysicorum libris *Aristoteles*. Sufficiat locus fere classicus [119]): ἔστι δὴ τὸ ἴσον, τὸ μήτε μέγα, μήτε μικρὸν, πεφυκὸς δὲ μέγα ἢ μικρὸν εἶναι, καὶ ἀντίκειται ἀμφοῖν ὡς ἀπόφασις στερητική. Sed συμβλητὰ quae sint, intelligi ex his eiusdem verbis potest [120]): τὰ γένει διαφέροντα, οὐκ ἔχει ὁδὸν εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ ἀπέχει πλέον, καὶ ἀσύμβλητα. Itaque

119) *Aristot.* metaphys. 10, 5.
120) metaphys. 10, 4.

Digitized by Google

συμβλητὰ sunt ad idem genus pertinentia, non genere a se inuicem differentia. Sic ab eodem *Aristotele* †) αἱ μονάδες dicuntur συμβληταὶ καὶ ἀδιάφοροι. Iam si ponamus, Empedoclem eodem modo vtrumque vocabulum adhibuisse, videtur intelligi voluisse ita: Sunt duo elementorum genera, hinc ignis siue calida materiae corpuscula, hinc reliqua tria elementa siue particulae frigidae. Sunt igitur συμβλητὰ, h. e. vtraeque materiae partes habent suum genus, ad quod referantur. Non calida cum frigidis comparari possunt, et contra. Sunt autem eadem ἴσα, i. e. sunt reuera neque magna neque parua, sed eam naturam habent, vt vel parua vel magna esse possint, siue aliis verbis: possunt neque parua dici neque magna, quia nullum alio est minus maiusue, atque adeo neque imbecilla sunt neque potentia, quia nullum alio est potentius aut imbecillius, quanquam eorum natura non est eiusmodi, vt necessario ab iis absit vel paruitas vel magnitudo: immo quodlibet potest vel maius esse vel minus. Vt vero hoc vel illud crescat vel decrescat, non opus est mutua elementorum mutatione. Satis est vt addantur vel detrahantur plures particulae comparabiles siue eiusdem generis. Hanc esse genuinam philosophiam Empedoclis, ex iis

†) metaphys. 13, 7. quod totum caput legendum est.

Digitized by Google

quae supra dicta sunt, abunde et facile perspici a quolibet potest, ita vt parum absit quin cum *Bruckero* [121]) faciam, qui Aristotelem in his accusat sophismatis cuiusdam. Fortassis adiuuatur mea sententia alio *Aristotelis* [122]) loco, vbi haud dubie ad Empedoclem respicit, eumque refutat. Verba huc spectantia sunt haec: *εἴ τις φήσει μὲν μὴ γίγνεσθαι ταῦτα* (elementa) *ἐξ ἀλλήλων, ἴσα μέντοι τὴν δύναμιν εἶναι, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνάγκη τὴν ἰσότητα τῆς δυνάμεως ὑπάρχειν τοῖς μεγέθεσιν αὐτῶν, ὥσπερ κἂν εἰ γιγνόμενα ἐξ ἀλλήλων ὑπῆρχεν. ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἀὴρ οὔτε πῦρ συμπεπλήρωκε μόνον τὸν μεταξὺ τόπον* (inter terram et coelum), *φανερόν ἐστι.* De quo loco multa disserit *Scipio Aquilianus* [123]), sed ita vt parum illustret rem obscuram. Ego quidem verba *ἀνάγκη — ὑπῆρχεν* sic interpretor: quod nullum elementum est potentius aut imbecillius reliquis, id necesse est vim habeat ad eorum magnitudinem, ita vt nec maius sit alio aliud, non minus quam si alterum ex altero oriatur. Patet igitur, id agere Aristotelem, vt ex iis, quae posuerat Empedocles,

121) ad *Scipion. Aquilian.* p. 154.
122) meteorolog. 1, 3.
123) p. 154. sq.

Digitized by Google

absurdam esse eius sententiam sibique repugnare demonstret, atque adeo tueri velle sententiam Empedocleae contrariam. Qua in re num recte versatus sit, nec ne, ipse quisque iudicet.

Cum autem multi veterum loci reperiantur, in quibus Empedocles statuisse legitur, elementa esse finita, non, quemadmodum Anaxagoras opinatus sit, infinita, cumque haec sententia videri possit sententiae de elementorum aeternitate repugnare: de hoc quoque placito nonnulla monenda esse sentio. Scilicet non de tempore, sed de numero finito accipiendum esse docent veteres permultis in locis. *Aristoteles* [124]): *ὅσοι ἓν καὶ πολλὰ φασιν εἶναι, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας· ἐκ τοῦ μίγματος γὰρ καὶ οὗτοι ἐκκρίνουσι τὰ ἄλλα· διαφέρουσι ἀλλήλων, τῷ τὸν μὲν* (np. Empedoclem) *περίοδον ποιεῖν τούτων, τὸν δ' ἅπαξ· καὶ τὸν μὲν ἄπειρα, τά τε ὁμοιομερῆ καὶ τἀναντία, τὸν δὲ* (Empedoclem) *τὰ καλούμενα στοιχεῖα μόνον. — βέλτιον δ' ἐλάττω* (h. e. pauciora) *καὶ πεπερασμένα λαβεῖν, ὅπερ ποιεῖ Ἐμπεδοκλῆς.* Item [125]): *ἐνδέχεται ἐκ πεπερασμένων (ἀρχῶν). βέλτιον δὲ ἐκ πεπερα-*

124) physic. 1, 4.
125) *Aristot.* phys. 1, 6.

Digitized by Google

σμένων, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, ἢ ἐξ ἀπείρων. πάντα γὰρ ἀποδιδόναι οἴεται, ὥσπερ Ἀναξαγόρας ἐκ τῶν ἀπείρων. Rursus [126]): ἅπαντα ταὐτὰ ἀποδοθήσεται, καὶ πεπερασμένων ὄντων, ἐάν τις λάβῃ· τὸ γὰρ αὐτὸ ποιήσει, κἂν δύο ἢ τρία μόνον ᾖ τοιαῦτα, καθάπερ ἐπιχειρεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς. De numero autem intelligendum esse nomen πεπερασμένον, quod cum constantia quadam *Aristoteles* de elementis adhibuit, ipse docere quemlibet optime potest, vbi dicit [127]): ἀνάγκη, ἤτοι ἄπειρον εἶναι τὸν ἀριθμὸν, ἢ πεπερασμένον. Idem discimus ex eius interpretibus. *Syrianus* [128]): „Non possunt principia vnum esse numero. — „Non igitur possunt esse species. Ad quod „dixeris vtique, quod forte quidem neque „materiales causae ostensae sunt omnes, non „potentes numero terminari, vt inquit Em„pedocles." *Simplicius* [129]): εἰ καὶ ὁ τρόπος τῆς γενέσεως κοινὸς Ἐμπεδοκλεῖ καὶ Ἀναξαγόρᾳ, καθόσον ἄμφω κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν τὴν γένεσιν ἀποδιδόασιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν στοιχείων διαφέρουσι.

126) de coelo 3, 4.
127) metaphys 13, 8. Cf. 11, 10. et 13, 9.
128) ad *Aristot.* metaphys. 2, p. 39. a.
129) ad *Aristot.* phys. 1, p. 38. b.

Digitized by Google

καὶ βέλτιον, ἐλάττω καὶ πεπερασμένα λαβεῖν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἔλαβεν, ἢ πλείω καὶ ἄπειρα, ὡς Ἀναξαγόρας. — ἄμεινον λέγουσιν οἱ πλείονας καὶ πεπερασμένας (ἀρχὰς) τιθέντες, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς. — ἄμεινον Ἐμπεδοκλῆς πεπερασμένα λέγει τὰ στοιχεῖα. Rursus [130]): ὅσοι τῷ πλήθει πλείονα μὲν ἑνὸς, πεπερασμένα δὲ λέγουσι τὰ στοιχεῖα τῷ ἀριθμῷ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, οὗτοι οὔτε κατὰ μέγεθος τὸ ἄπειρον εἰσάγουσιν, οὔτε ἐν ἑνὶ, οὔτε ἐν πλείοσιν, οὔτε ἐν τῷ ἐκ πάντων. *Themistius* [131]), postquam simpliciter inuicem opposuit corpora consimilium partium infinita et finita, atque haec definiuit verbis „duo, vel tria tantum", diserte dicit: „Empedocles — ponit has omnes partes ex elementis numero definitis." *Iohannes Philoponus* [132]): οὐδεὶς τῶν ὑποθεμένων πλείονα εἶναι τὰ στοιχεῖα, πεπερασμένα δὲ κατὰ ἀριθμὸν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἄπειρα κατὰ τὸ μέγεθος ποιεῖ, οὔτε ἓν οὔτε πλείονα.

130) ad *Aristot.* phys. 3, p. 105. Cf. ad 1, p. 42. b. et 8, p. 292. a.

131) paraphras. in *Aristot.* de coelo, 3, 4. tex. 37. fol. 48. a. Cf. ad *Aristot.* phys. auscult. 1, p. 18. a. et p. 19. b.

132) ad *Aristot.* phys. auscultatt. 3, 4. K, 14. Cf. ad lib. 1. A, 10. et ad *Aristot.* metaphys. lib. 7. fol. 25. b.

Digitized by Google

Cum dogmate de elementorum aeternitate cohaerere videri posse placitum de eorundem simplicitate, non quidem illa absoluta, sed relata ad eam, quae Anaxagorae placuerat, quanquam supra iam ad n. 70. sq. monitum est, nonnulla tamen hic addere liceat. *Aristoteles* [133]) quidem ita de ea disserit: *ἐναντίως φαίνονται λέγοντες οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα. ὁ μὲν γάρ φησι πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν, στοιχεῖα τέσσαρα, καὶ ἁπλᾶ εἶναι μᾶλλον, ἢ σάρκα καὶ ὀστοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοιομερῶν. οἱ δὲ, ταῦτα μὲν ἁπλᾶ, καὶ στοιχεῖα· γῆν δὲ, καὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, σύνθετα.* Quae verba vberius explanat *Iohannes Philoponus* [134]): *ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς πρῶτα φησὶν εἶναι καὶ ἁπλούστατα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐκ τούτων δὲ συγκρινομένων γεννᾶσθαι τὰ ὁμοιομερῆ ὀστοῦν καὶ σάρκα. Ἀναξαγόρας δὲ ἔμπαλιν σύνθετα φάσκων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν. καὶ γὰρ ὀστοῦ καὶ νεύρου καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου ὁμοιομερείας ἔλεγεν ὑπάρχειν τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τούτων ἑώρα γιγνόμενα. ἀλλ' ὥσπερ ὀστᾶ*

133) de generat. et corrupt. 1, 1.
134) ad *Aristot.* l. l. fol. 3. b.

Digitized by Google

(leg. ὀστοῦ) καὶ σαρκὸς ὁμοιομερείας ἔλεγεν καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπερ ἡμεῖς σύνθετα φαμὲν, οὕτω καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς. καὶ πάντα μὲν εἶναι ἐν πᾶσι, φαίνεσθαι δὲ ἕκαστον καὶ ὀνομάζεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν. ὥστε οὐκ ἐναντίως ἔλεγε τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα. οὐδὲ γὰρ συνθετώτερα ἔλεγε τὰ στοιχεῖα σαρκὸς καὶ ὀστοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. Idem *Philoponus* alio loco [135]) Empedoclis elementa negat proprie elementa esse, quia non sint simplicia, sed composita. Scilicet permutauit primam ignis et aquae et aëris et terrae materiam cum ipsis corporibus, quae ex primis particulis conflata existimantur. Similiter explicanda videntur eiusdem *Philoponi* [136]) verba, vbi elementa Empedoclea vocat *corpus*, sed Platonicam materiam, *incorpoream*; in quo ille, vt solet, vnice *Aristotelem* [137]) secutus est, nisi quod hic minus diserte indicauit, cui corporeum principium tribuendum putaret. Simplicitatem vero elementorum Empedocleorum tuetur etiam *Simplicius*, cum in illis locis, qui supra ad n. 39. et 40. allati fuerunt, tum in hoc [138]): ἀρχοειδέστερον Ἐμπεδοκλῆς

135) ad *Aristot.* phys. auscultt. lib. 1. C, 5.
136) ad *Aristot.* metaphys. lib. 1. fol. 4. a.
137) metaphys. 1, 6.
138) ad *Aristot.* physic. 1, p. 38. b.

Digitized by Google

ἁπλούστερα τῶν γινομένων στοιχεῖα, γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ ὑπέθετο.

Huc item pertinet, quod Empedocles legitur negasse, elementa in se inuicem mutari. *Aristoteles* [139]): πρῶτον μὲν, τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. δεύτερον δὲ, αἱ ἐναντιώσεις· λέγω δὲ, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης· τρίτον δὲ ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τοιαῦτα· ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἕτεροι λέγουσιν. *Galenus* [140]): ἑτέρῳ τρόπῳ πάλιν Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς; ὁ μὲν τὰς ὁμοιομερείας εἰσάγων, ὁ δ' ἀμετάβλητα νομίζων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. Et alio loco [141]): Ἐμπεδοκλῆς ἐξ ἀμεταβλήτων τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγεῖτο γίγνεσθαι τὴν τῶν συνθέτων σωμάτων φύσιν, οὕτως ἀναμεμιγμένων ἀλλήλοις τῶν πρώτων, ὡς εἴ τις λειώσας ἀκριβῶς καὶ χνοώδη ποιήσας ἰὸν, καὶ χαλκίτιν, καὶ καδμείαν, καὶ μίσυ μίξειεν, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν δύνασθαι μεταχειρίσασθαι χωρὶς ἑτέρου. *Iohannes*

139) de generat. et corrupt. 2, 1.

140) περὶ στοιχείων lib. 1. p. 56, 6. ed. Basil.

141) ad *Hippocr.* περὶ φύσιος ἀνθρώπου hypomn. 1. Tom. V. p. 6, 4. Cf. in *Hippocr.* de humoribus Commentar. 1. Tom. VIII. p. 513. ed. Paris.

Digitized by Google

Philoponus [142]): Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα ὑποθέμενος τὰ στοιχεῖα, ἀλλοίωσιν ἀνεῖλεν, ἀπαθῆ εἰπὼν τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ποιότητας ἀμεταβλήτους. Item [143]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰς ποιότητας, περὶ ἃς ἡ κατ' ἀλλοίωσιν μεταβολὴ θεωρεῖται, εἰδοποιοὺς διαφορὰς τῶν στοιχείων εἴρηκεν, ἄφθαρτα καὶ ἀμετάβλητα τὰ στοιχεῖα ὑποθέμενος. Item [144]): εἰ γὰρ διὰ τοῦτο οὐ δύναται λέγειν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἀλλοίωσιν, διὰ τὸ ἀμεταβλήτους ὑποτίθεσθαι τὰς πρώτας οὐσίας, ἔστι δὲ ἐναργὴς ἡ ἀλλοίωσις, δεῖ τοίνυν ἕν τι εἶναι, ὅπερ ὑπομένει καὶ μεταβάλλει εἰς τὰ ἐναντία. — Ἐμπεδοκλέους ἐπιλαμβάνεται (Aristoteles), ὡς καὶ τοῖς φαινομένοις καὶ ἑαυτῷ τἀναντία λέγοντος. πρὸς μὲν γὰρ τὰ φαινόμενα ἐναντία λέγει, ἀναιρῶν τὴν ἀλλοίωσιν ἐναργῆ οὖσαν· πρὸς ἑαυτὸν δὲ, δι' ὅ τι λέγει μὲν ἀμετάβλητα τὰ στοιχεῖα, καὶ αὐτὰ μὲν μὴ γίνεσθαι ἐξ ἀλλήλων, τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τούτων, πάλιν δέ φησι, τῆς φιλίας κρατούσης τὰ πάντα ἓν γίγνεσθαι. Rursus [145]): ὁ Ἐμ-

142) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, p. 3. a.
143) ibid. p. 4. b.
144) ibid. p. 5. a. Cf. p. 29. a.
145) ibid. p. 36. b.

Digitized by Google

πεδοκλῆς ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναποτιθέμενος τὰ πάθη, καὶ ἀμετάβλητα αὐτὰ λέγων, ἀλλοίωσιν σώζειν οὐ δύναται. Item [146]): εἰ τὰ τέσσαρα εἴη, ἤτοι ἀμετάβλητα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, ἐροῦμεν, ἢ μεταβλητικά. Item post ea, quae ad n. 53. exscripta sunt, haec addit: οὗτοι μὲν οὖν καὶ γένεσιν καὶ ἀλλοίωσιν σῶσαι ἠδύναντο, ἑτέραν οὖσαν γενέσεως καὶ φθορᾶς. οἱ δὲ μίαν ἀρχὴν ὑποτιθέμενοι, ἐπειδὴ ἀμετάβλητον χρὴ μένειν τὴν ἀρχήν, εἴπερ ὄντως εἴη ἀρχή, ἐξ ἀνάγκης κατὰ ἀλλοίωσιν ἔλεγον τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν, καὶ οὐ κατὰ τὴν τῆς οὐσίας μεταβολήν. Hic sibi contradicere videtur *Philoponus*, vt in his [147]): ἐπιλαμβανόμενος (Aristoteles) Ἐμπεδοκλέους, οὐκ ἂν ἦν, φησιν, ἀλλοίωσις, εἰ τὰ στοιχεῖα κατὰ τὰ πάθη οὐσιωμένα, ἀμετάβλητά ἐστι τὴν φύσιν κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὡς δηλονότι κατὰ τὰ πάθη τοῦ ὑποκειμένου εἰδοπεποιημένου μένοντος. οὐ μόνον δὲ ἀλλοίωσιν ἀναιρεῖ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀμετάβλητα λέγων τὰ στοιχεῖα, καὶ ποιότητας ἐν αὐτοῖς οὐσιώδεις ὑποτιθέμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν κυρίως γένεσιν

146) ibid. lib. 2, p. 55. a.
147) ibid. p. 47. a.

Digitized by Google

τὴν κατ' εἶδος μεταβολήν. Item [148]): πρόκειται αὐτῷ (Aristoteli) — δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀμετάβλητα. — ἐπειδὴ δὲ τῆς προκειμένης εἰς ἔλεγχον δόξης Ἐμπεδοκλῆς ἐστιν ὁ προστάτης, πρὸς τοῦτον ἀποτείνεται, δεικνὺς, ὅτι οὔτε γένεσιν καὶ φθορὰν τὴν κατὰ φύσιν οἷόν τε εἶναι κατ' αὐτὸν, οὔτε αὔξησιν, οὔτε κίνησιν τὴν κατὰ φύσιν. E quibus locis quanquam intelligi potest Empedoclis de immutabilibus elementis sententia, cuius generis locos etiam supra attulimus [149]), magis tamen illustratur istis: *Aristoteles* [150]): εἰ δὲ στήσεταί (cessabit) που ἡ διάλυσις, ἤτοι ἄτομον ἔσται τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἵσταται, ἢ διαιρετὸν μὲν, οὐ μέντοι διαιρεθησόμενον οὐδέποτε· καθάπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς βούλεσθαι λέγειν. E quo Aristotelis loco disci potest, cur alii dixerint, Empedoclem elementa putasse διαιρετὰ, alii, ἀδιαίρετα. *Iohannes Philoponus* [151]): ἐξ ὧν ὑποτίθεται ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀνάγκη αὐτὸν ἄτομα εἰσάγειν σώματα. εἰ γὰρ διὰ πόρων ὑποτίθεται τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ἀνάγκη πᾶσα, εἰσιόντα

148) ibid. p. 57. b.
149) ad n. 60. 72. 113 — 118.
150) de coelo 3, 6.
151) ad *Aristot.* de generat. et interitu 1, p. 36. b.

Digitized by Google

εἰς τοὺς πόρους τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ πάσχοντος, τὰ περιέχοντα τοὺς πόρους σώματα ἀπαθῆ εἶναι καὶ ἀδιαίρετα. Et quae plura ille in hanc sententiam disputat. *Themistius* [152]): „indiuisibilia Anaxagorae et Empe„doclis elementa ea, quae sunt, ex eo, quod „actu est, fieri cogunt. quod quidem absur„dum est.“ Contra *Simplicius* [153]): Ἐμπεδοκλῆς διαιρετὰ μέν φησι τὰ στοιχεῖα. οὐ γὰρ ἀτόμους τὰς ἀρχὰς ὑποτίθησιν οὗτος, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον. ἀλλ' ἀμετάβλητα εἰς ἄλληλα καὶ ἄφθαρτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐτάξατο. διότι κοινὴν φύσιν αὐτῶν οὐκ ἐᾷ, τὴν δ' ἐξ ἀλλήλων φαινομένην γένεσιν κατὰ διάκρισιν γίνεσθαί φησιν. πάντα γὰρ ἐν πᾶσιν ὑπάρχειν κατ' ἐνέργειαν ὄντα. Scilicet *Philoponus* ac *Themistius* ostendunt, quid Empedocles per reliqua sua decreta statuere debuisse videatur, sed *Simplicius* docet, quid vere statuerit. Empedoclem elementa vocasse ἄφθαρτα, dicit etiam *Iohannes Philoponus* [154]): „Solus Empedocles confessa (h. e. consenta„nea) dicit. Omnia enim entia corruptibilia „dicit, praeterquam elementa. Haec enim in-

152) paraphras. in duodecimum librum *Aristotelis* de prima philosophia p. 24.

153) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 154. b.

154) ad *Aristot.* metaphys. lib. 3. fol. 10. b.

Digitized by Google

„corruptibilia esse.“ Idem etiam alio modo illustrat argumentum propositum [155]): „Ma„teria seruat eandem formam. Conseruat „enim aes eandem formam aeris, in muta„tione in statuam. Secundum enim hunc „modum dicebat etiam Empedocles intrans„mutabilia et quatuor elementa. — Effectum „nempe ex compositione formae et materiae, „sicuti negans Empedocles talem naturam di„cebat: *Natura nullius est.* Vnionem nam„que compositorum ex materia et forma non „dicebat, vt si quid ex compositione fiat et „formetur, sed veluti per appositionem ele„mentorum dicitur natura et forma et sub„stantia.“

Saepe supra verbis veterum docuimus [156]), elementa ex Empedoclis systemate fuisse quidem causas ortus et interitus, sed non nisi per ipsorum concretionem siue coniunctionem et discretionem siue disiunctionem, et plura etiam infra ex antiquis scriptoribus de eodem argumento dicenda erunt. Quonam vero modo elementa iungantur, videtur ipse Empedocles non satis constanter definiuisse; id quod iam *Iohannes Philoponus* [157]) obseruauit: εἰ καὶ αὐτὸς (Empedocles) μὴ δίδωσιν αὐτοῖς (elementis) τὴν ἐξ αὐτῶν κίνησιν, μηδὲ ἐπέ-

155) ibid. lib. 5. fol. 18. b. Cf. infra §. 10. n. 27.

156) ad not. 70. et 72 — 75.

157) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, p. 59. b.

Digitized by Google

στησε τούτῳ, ἀλλ' οὖν τὸ μὲν νεῖκος, φησὶ, διέκρινε μόνον ἀπὸ τοῦ σφαίρου τὰ στοιχεῖα. διακριθέντων δὲ, ἡ μὲν (insere γῆ) ἠνέχθη κατὰ φύσιν κάτω, τὸ δὲ πῦρ ἄνω. ἔχουσιν ἄρα καὶ τὴν ἐξ ἑαυτῶν καὶ κατὰ φύσιν κίνησιν. ὥστε οὐδὲ ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσιν ἐπέστησεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς. λέγων δὲ, φησὶν (Aristoteles), ὑπὸ τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας κινεῖσθαι τὰ στοιχεῖα, ὥσπερ οὐκ ἐφιστάνων οἷς λέγει, ποτὲ μὲν κατὰ τύχην, ποτὲ δὲ κατὰ φύσιν αὐτὰ φέρεσθαι φησίν. Quamuis enim proprie hoc loco agatur de motu elementorum, de quo infra §. 11. plura dicere constitui, tamen eundem ad eorum coniunctionem pertinere, cum per se pateat, tum ex *Aristotelis* verbis iis, quibus explicandis haec scripsit *Philoponus*, clarum est. Verba enim *Aristotelis* sunt haec [158]): οὐ γὰρ ὡς ἔτυχε συνελθόντων οὐδὲν γίγνεται, καθάπερ ἐκεῖνός (Empedocles) φησιν, ἀλλὰ λόγῳ τινί. τί οὖν τὸ τούτων αἴτιον; οὐ γὰρ δὴ πῦρ γε, ἢ γῆ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος· συγκρίσεως γὰρ μόνον, τὸ δὲ διακρίσεως αἴτιον. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ οὐσία ἥ γε ἑκάστου, ἀλλ' οὐ μόνον

— μίξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων,

158) de generat. et corrupt. 2, 6.

Digitized by Google

ὥσπερ ἐκεῖνός φησι. τύχη δ' ἐπὶ τούτων ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ λόγος. ἔστι δὲ μιχθῆναι ὡς ἔτυχε. τῶν γὰρ δὴ φύσει ὄντων αἴτιον, τὸ οὕτως ἔχειν, καὶ ἡ ἑκάστου φύσις αὕτη, περὶ ἧς οὐδὲν λέγει. οὐδὲν ἄρα περὶ φύσεως λέγει. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ, εὖ τοῦτο καὶ ἀγαθόν. ὁ δὲ τὴν μίξιν μόνην ἐπαινεῖ. — ἔτι δὲ φαίνεται κινούμενα· διέκρινε μὲν γὰρ νεῖκος· ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ, οὐχ ὑπὸ τοῦ νείκους, ἀλλ' ὁτὲ μέν φησιν ὥσπερ ἀπὸ τύχης [159]). — ὁτὲ δέ φησι πεφυκέναι τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι. Vult igitur Aristoteles, Empedoclem nullam coniunctionis aut disiunctionis elementorum rationem attulisse idoneam, sed mox ea casu coniungi disiungiue existimasse, mox ita poscente eorum natura, siue, vt *Philoponum* dicere vidimus, κατὰ φύσιν, quae formula etiam saepius adhibetur in commemorando hoc Empedoclis placito, nec differre videtur a formula ἐξ ἀνάγκης et similibus, de quibus supra ad n. 94 — 99. dictum est. Quo eodem pertinere videntur haec *Philoponi* verba [160]):

159) Ita recte legi arbitrabar. In margine autem editionis *Casaub.* positum est τέχνης, quod male probat *Bruckerus* ad *Scipion. Aquilian.* p. 159.

160) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, p. 59. a. Cf. infra §. 11. ad n. 34 — 37.

Digitized by Google

ὁ Ἐμπεδοκλῆς αὐτὸ τοῦτο μόνον, τὴν ὑπὸ τῆς φιλίας γινομένην μίξιν, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους διάκρισιν, φύσιν ὀνομάζεσθαι φησίν. Sed de fortuita elementorum coniunctione monuit etiam in aliis locis idem *Philoponus*, vt [161]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς συνιόντων φησὶ τῶν στοιχείων, ὅπως ἂν τύχοιεν, ἄλλοτε ἄλλο γίνεσθαι [162]). Et [163]): ἐγκαλεῖ (Aristoteles) τοῖς πρότερον φυσιολόγοις, ὅτι καίτοι τινὰ ἀπὸ τύχης λέγοντες γίνεσθαι, οὐδὲν περὶ τύχης διηλέχθησαν; τίς τέ ἐστι, καὶ πῶς αἰτία τῶν ἐξ αὐτῆς γινομένων. ὁ μὲν οὖν Ἐμπεδοκλῆς ἀπὸ τύχης φησὶ τὸν ἀέρα τὴν ἄνω χώραν κατειληφέναι. συγκεχυμένων γὰρ ὄντων πάντων ἅμα ἐν τῷ σφαίρῳ, πρότερον διακριθέντα ὑπὸ τοῦ νείκους, ἕκαστον ἐνεχθῆναι εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ νῦν ἐστιν, οὐκ ἀπό τινος προνοίας, ἀλλ' ὅπως ἔτυχε. — νῦν μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν γῆν εἶναι τὸ ὕδωρ, ἄλλοτε δ', εἰ τύχοι, ἐν ἑτέρᾳ κοσμοποιΐᾳ, ἡνίκα πάλιν ἀπὸ τοῦ σφαίρου γίνεται κόσμος, ἄλλην τινὰ τάξιν καὶ τόπον ἀπολαβεῖν. — ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς μικρῶν τινων

161) ibid. p. 58. b.

162) Ita, vel si mauis, ὅπως ἂν τύχοι, ἄλλοτε ἄ. γ. legendum puto pro ὅπως ἂν τύχοι, ἐν ἄλλα τε ἄλλο γ.

163) ad *Aristot.* phys. auscultatt. lib. 2. G, 9.

Digitized by Google

τὴν τύχην αἰτιασάμενος, εἰ μηδένα αὐτῆς πεποίηται λόγον, ἥττονος κατηγορίας ἄξιος. Item *Simplicius* [164]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν τύχην αἰτιᾶσθαι δοκεῖ. Plures huius generis locos infra afferendi erit occasio, vbi de elementis singulis et de membris animalium dicetur.

Aliis in locis statuisse Empedocles legitur, elementa inter se misceri, et saepe in locis supra laudatis commemoratum vidimus μίγμα στοιχείων. *Aristoteles* [165]): οὐ μόνον κατὰ συμβεβηκὸς ἐνδέχεται γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὄντος γίγνεται πάντα· δυνάμει μέντοι ὄντος, ἐκ μὴ ὄντος δὲ ἐνεργείᾳ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Ἀναξαγόρου ἓν (βέλτιον γὰρ ἦν ὁμοῦ πάντα) καὶ Ἐμπεδοκλέους τὸ μίγμα καὶ Ἀναξιμάνδρου· καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ὁμοῦ πάντα δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ. *Bessario* vertit: „Melius namque quam cuncta „simul, et quam mistura Empedoclis." Videtur igitur legisse: βέλτιον γὰρ ἦν ἢ ὁμοῦ πάντα καὶ ἢ Ἐμπ. *Plutarchus* [166]): ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα κολλῶν καὶ συναρμόττων θερμότησι, καὶ μαλακότησι, καὶ

164) ibid. p. 73. b.
165) metaphys. 12, 2.
166) aduersus Coloten T. II. p. 1112. A.

Digitized by Google

ὑγρότησι, μίξιν αὐτοῖς καὶ συμφυΐαν ἑνωτικὴν ἀμωσγέπως ἐνδίδωσιν. *Iohannes Philoponus* [167]): ὅτι δὲ Ἐμπεδοκλῆς καὶ αὐτὸς μὲν τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ σφαίρου ἐκκρίνει τὰ στοιχεῖα, καὶ νῦν δὲ ἐμμεμίχθαι φησὶν ἐν ἀλλήλοις τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα, — εἶτα κατ' ἔκκρισιν γίνεσθαι ἐξ ἀλλήλων. — ὁ Ἀναξαγόρας ἅπαξ τὸν νοῦν φησὶν ἐκ τοῦ μίγματος τοῦ πρώτου ἀρξάμενον διακρίνειν, καὶ εἰσαεὶ τοῦτο ποιεῖν, καὶ μηκέτι ἐνδέχεσθαι πάλιν ἓν μίγμα πάντα γενέσθαι· ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς πολλάκις τοῦτο ποιεῖ. ποτὲ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ σφαίρου ἐκκρίνεσθαι τὰ στοιχεῖα, ποτὲ δὲ πάλιν τὰ στοιχεῖα συγκρίνεσθαι εἰς τὸν σφαῖρον. καὶ τοῦτο ἔπ' ἄπειρον ἀνακάμπτειν κατὰ τινα περίοδον.

Non tamen omnes consentiunt de hoc placito Empedocli tribuendo. Saltem *Galenus* [168]), πρῶτος, inquit, ὧν ἴσμεν Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο κεράννυσθαι τὰ στοιχεῖα, — καὶ ταύτῃ διήνεγκε Ἐμπεδοκλέους. κἀκεῖνος γὰρ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν στοιχείων, ὧν καὶ Ἱπποκράτης, γεγονέναι φησὶν ἡμᾶς γε (leg. τε) καὶ τὰ ἄλλα σώματα πάντα τὰ περὶ

167) ad *Aristot.* phys. auscultatt. 1, 6. C, 4. sq.

168) ad *Hippocrat.* περὶ φύσιος ἀνθρώπου, hypomn. 1. Tom. V. opp. p. 8, 48. ed. Basil.

Digitized by Google

τὴν γῆν, οὐ μὴν κεκραμένων γε δι' ἀλλήλων, ἀλλὰ κατὰ μικρὰ μόρια παρακειμένων τε καὶ φαυόντων.

Et sane reperiuntur loci non pauci, in quibus Empedocles docuisse traditur, elementa sibi inuicem aduersari. *Stobaeus* [169]): ἐκ τεσσάρων οὖν στοιχείων τὸ πᾶν, τῆς τούτων φύσεως ἐξ ἐναντίων συνιστάσης, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος, καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὑπὸ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναλογίας καὶ κράσεως ἐναπεργαζομένης τὸ πᾶν, καὶ μεταβολὰς μερικὰς μὲν ὑπομενούσης, τοῦ δὲ παντὸς λύσιν μὴ ἐπιδεχομένου. Eandem sententiam pene iisdem verbis Empedocli tribuit Auctor vitae Homeri [170]), nisi quod habet συνεστώσης et ἐπιδεχομένης, quorum illud saltem praeferendum putabam. *Themistius* [171]): περὶ Ἐμπεδοκλέους — καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν, ὅσοι μάνωσιν καὶ πύκνωσιν εἰσήνεγκαν τὰ ἐναντία — εὐλόγως ἔμοι γε δοκοῦσιν ἐπὶ τοῦτο ἅπαντες ἐληλυθέναι. δεῖ γὰρ τὰς ἀρχὰς πρῶτον μὲν ἐξ ἀλλήλων μὴ εἶναι· ἔσται γὰρ οὕτως ἑκάστη ἅμα ἀρχή τε καὶ

169) eclog. phys. P. I. p. 288.

170) in *Thomae Gale* opusculis mythologicis, phys. et ethicis (Amst. 1688. 8.) p. 327. siue p. 192. ed. *Ernest.* T. V. opp. *Homeri.*

171) ad *Aristot.* phys. auscultatt. 1, p. 19. a.

Digitized by Google

οὐκ ἀρχή· δεύτερον δὲ, μὴ ἐξ ἄλλων· εἰ μὴ γὰρ πρῶταί εἶεν, πῶς ἂν εἶεν ἀρχαί; καὶ τρίτον, ἐκ τούτων εἶναι τὰ πάντα· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἴδιον τῶν ἀρχῶν. ταῦτα δὲ ἅπαντα τοῖς πρώτοις ἐναντίοις ὑπάρχει. πρῶτα δὲ ἐναντία λέγω, τὰ γενικώτατα. οὐκ ἐξ ἄλλου μὲν γὰρ, ὅτι δὴ καὶ πρῶτα· οὐκ ἐξ ἀλλήλων δὲ, ὅτι δὴ καὶ ἐναντία. *Iohannes Philoponus* [172]), vbi plures nominauit, qui contraria dixerint elementa esse, addit haec: καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. Similem *Plutarchi* locum habes supra ad n. 93. b. Alios passim afferam infra, v. c. vbi de animi origine expono, etc.

Interdum vero perhibetur Empedocles statuisse, elementa inesse sibi inuicem. *Ioh. Philoponus* [173]): ὅταν δὲ γίνηται ἐξ ὕδατος ἀὴρ, ἢ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ ὕδατος ἢ τοῦ ἀέρος γίνεσθαι τὰ λοιπὰ, ἀλλ' ἐνυπάρχειν ἐν ἀλλήλοις κατ' ἐνέργειαν τὰ στοιχεῖα. ἐπειδὰν οὖν μανωθῇ ὁ ἀὴρ, τὸ ἐνυπάρχον πῦρ καὶ συνεχόμενον χώραν εὑρηκὸς, ἐκκρίνεσθαι. πάλιν δὲ ὅταν πυκνωθῇ ὁ ἀὴρ, τὰ ὑδάτια τὰ ἐνυπάρχοντα καὶ διεσπαρμένα ἐν αὐτῷ,

172) ad eundem librum C, 12.
173) ibid. C, 2.

Digitized by Google

τῇ θλίψει τῇ ἐκ τῆς πυκνώσεως ἐξακοντίζεσθαι ἐκπυρῥηνιζόμενα· οἷόν τι πάσχουσι καὶ οἱ διὰ τῶν δακτύλων ἐκθλιβόμενοι πυρῥῆνες. ἐνυπάρχοντες γὰρ καὶ κεκρυμμένοι ὑπὸ τοὺς δακτύλους, ὅταν πυκνωθῶσιν οἱ δάκτυλοι, τῇ θλίψει ἐξακοντίζονται. οὐ γινόμενοι τότε, ἀλλ' ἐκκρινόμενοι μόνον καὶ ἐκφαινόμενοι. Similis locus est supra ad n. 74. e *Simplicio*. Idem *Philoponus* [174]): Ἐμπεδοκλῆς ἐνυπάρχειν φησὶν ἐν ἀλλήλοις τὰ στοιχεῖα, ἅπερ καὶ ἀρχὰς καὶ ῥιζώματα πάντων ἔλεγε. καὶ ὅταν ἐξ ὕδατος δὲ γίνηταί τι τῶν ἄλλων, οὐ μεταβάλλειν τὸ ὕδωρ εἰς ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκκρίνεσθαι ἐξ αὐτοῦ ἐνυπάρχον, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. καὶ ἐν τῷ σφαίρῳ πάντα, φησὶν, ἐνυπῆρχεν, οὐ μόνον τὰ στοιχεῖα, ἅπερ καὶ νῦν ἐν ἀλλήλοις ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν συνθέτων εἴδη ἐν τῷ σφαίρῳ ἐνυπῆρχε.

Non raro Empedocles legitur elementa putasse rebus ipsis inesse. *Aristoteles* [175 a]): Ἐμπεδοκλῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ μετὰ τούτων, στοιχεῖά φησιν εἶναι, ἐξ ὧν ἐστι τὰ ὄντα ἐνυπαρχόντων, ἀλλ' οὐχ ὡς γένη

174) ibid. C, 5.
175 a) metaphys. 2, 3.

Digitized by Google

ταῦτα λέγει τῶν ὄντων. Et rursus [175 b]): οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα — λανθάνουσιν αὐτοὶ ἑαυτοὺς, οὐ γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ποιοῦντες, ἀλλὰ φαινομένην γένεσιν· ἐνυπάρχον γὰρ ἕκαστον, ἐκκρίνεσθαί φασιν, ὥσπερ ἐξ ἀγγείου τῆς γενέσεως οὔσης, ἀλλ' οὐκ ἔκ τινος ὕλης, οὐδὲ γίγνεσθαι μεταβάλλοντος. *Alexander Aphrodisiensis* [176]): „Empedocles, „qui quatuor corpora elementa rerum esse „statuebat, non quasi genera elementa ipsa „esse dicebat, sed quasi rebus, quae ex ipsis „gignuntur, inexistentia." *Themistius* post ea, quae ad n. 89. b. posui, pergit sic: καὶ γὰρ οὗτοι (Empedocles et Anaxagoras) παραπλησίως Ἀναξιμάνδρῳ οὐ κέχρηνται πρὸς τὴν γένεσιν ἀλλοιώσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ μίγματος ἐκκρίνουσιν ὡς ἐνυπάρχοντα ἤδη τὰ ἡμῖν γίνεσθαι δοκοῦντα. *Simplicius* [177]), postquam Anaxagoram et Empedoclem dissentire inter se dixit, hunc dissensum ait in eo esse, καθ' ὃ τὴν τοιαύτην φύσιν (nempe quatenus στοιχεῖον sit, εἰς ὃ ἐνυπάρχον διαιρεῖται τὰ σώματα, αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει) οἱ μὲν ἄλλοις, ἄλλοι

175 *b*) de coelo 3, 7.
176) ad *Aristot.* l. l. p. 86.
177) ad *Aristct.* de coelo 3, p. 148. b.

Digitized by Google

δὲ ἄλλοις σώμασιν ἐνυπάρχειν ἔλεγον· ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς, τοῖς τέσσαρσιν, ἐκεῖνα λέγων στοιχεῖα· ὁ δὲ Ἀναξαγόρας, ταῖς ὁμοιομερείαις. Alium *Simplicii* locum habes ad n. 153. *Aristotcles* huc respicit etiam in his [178]): τὰ καλούμενα ὑπό τινων στοιχεῖα — πάντες ἐνυπάρχοντα τοῖς συνθέτοις τιθέασι.

Iam cui non ea, quae hactenus attuli, videri possint inter se pugnare, et alterum tollere alterum? Mox enim elementa dicuntur aeterna, mox simplicia, mox ipsa ex aliis quasi elementis composita, mox immutabilia esse, mox in se inuicem mutari, mox aliud ex alio nasci, mox sibi inuicem aduersari, mox inter se misceri, mox alterum elementum alteri inesse, mox rebus ipsis, quas componunt. Age igitur, consideremus, quomodo haec possint inter se conciliari. Nimirum quando elementa vocantur ἀΐδια et ἄφθαρτα et ἁπλᾶ et ἀμετάβλητα, intelligenda sunt elementa rerum proprie dicta, et quatenus quodlibet per se tanquam integrum aliquod corpus, et tanquam massa quaedam vel materiae particula, quae semina solius ignis, solius aëris etc. contineat, spectatur. Quis enim v. c. ignem, quatenus ignis est, et quatenus nil nisi ignis

178) metaphys. 11, 1.

Digitized by Google

est, opinetur aquae terraeue esse causam? Idem statuendum est, cum elementa sibi inuicem aduersari dicuntur, aut rebus compositis inesse, aut inter sese misceri. Nam hoc vtrumque necessarium est ex Empedoclis philosophia, quia nulla omnino res, quae in hoc mundo reperitur, ne animus quidem humanus, potest simplex putari, sed elementis mox ita, mox alio modo commixtis et coniunctis omnia oriuntur atque existunt: de illo autem, quod primo loco posui, supra dictum est satis. Quando vero elementa dicuntur in se inuicem mutari, vel aliud ex alio nasci, vel alterum alteri inesse, tum meminisse debemus, elementa Empedoclea non semper absolute simplicia cogitanda esse, verum saepe eiusmodi, vt singulis aliquid e reliquis elementis admixtum sit, quod non semper, sed interdum, vim suam ostendat, aut spectanda sunt effecta viresque elementorum, non elementa ipsa, v. c. cum aër dicitur igni nasci, vel ignis in aërem mutari, tunc non materia ignea producere dicitur aëream, sed vires et motus ignis dicuntur excitare et explicare aëris vires.

Videtur item Empedocles putasse, ipsis sensibus elementa inesse, siue sentiendi facultatem pendere ex elementis, atque adeo etiam facultatem cognoscendi, quid verum sit, quid falsum, quia nos ipsi compositi sumus ex elementis, ita vt quodlibet elementum cognosca-

Digitized by Google

mus per vim eiusdem, quod cognoscimus et quod nobis inest, elementi, vtque quodlibet sensum et cognitionem adiuuet. *Simplicius* [179]): οὐχ, ὡς τῷ Πλουτάρχῳ δοκεῖ, πρὸς Ἐμπεδοκλέα ἀποτείνεται (Aristoteles), ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν αὐταῖς τὰ στοιχεῖα τιθέμενον. *Sextus Empiricus* [180]): ἔοικε καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς — ἓξ οὐσῶν τῶν τὰ πάντα συνεστακυιῶν ἀρχῶν, λέγειν ἰσάριθμα ταύταις ὑπάρχειν τὰ κριτήρια, — ἐμφαίνων ὡς γῆν μὲν καταλαμβανόμεθα, μετουσίᾳ γῆς· ὕδωρ δὲ, κατὰ μετοχὴν ὕδατος· ἀέρα δὲ, μετουσίᾳ τοῦ ἀέρος. καὶ ἐπὶ πυρὸς τὸ ἀνάλογον. Sic *Aristoteles* [181]): Ἐμπεδοκλῆς (λέγει), ὡς τοῖς σωματικοῖς στοιχείοις ἕκαστα γνωρίζεται καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον. Item [182]): Ἡράκλειτος — πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. *Chalcidius* [183]): „Est Pythagoricum dogma, „similia non nisi a similibus comprehendi. „Quod etiam Empedocles sequitur. — Haec

179) ad *Aristot.* de anima 2, p. 32. b.

180) aduers. Mathematt. 7, 120. Cf. §. 115. vbi itidem vocantur ἓξ κριτήρια τῆς ἀληθείας.

181) de anima 1, 5.

182) Ethic. Nicomach. 8, 2.

183) ad Timaeum p. 131.

Digitized by Google

„quippe constituebat elementa, et initia vni-„uersitatis, ex quibus animae quoque censebat „constare substantiam. Proptereaque penes „eam omnium rerum esse plenam scientiam, „simili suo similitudinem habentia compre-„hendentem." *Themistius* [184]): *θέμενοι ὅτι γνωρίζεται τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, διὰ τοῦτο ποιοῦσιν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) ἐκ τῶν στοιχείων, οἰόμενοι πάντα αὐτὴν οὕτω τὰ πράγματα γνωριεῖν. — οὐ γὰρ ὁπωσοῦν ἔχοντα τὰ στοιχεῖα τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ λόγῳ τινὶ καὶ συνθέσει, καθάπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν. — οὐδὲν οὖν ὄφελος, εἶναι τὰ στοιχεῖα τὴν ψυχὴν, εἰ μὴ καὶ ὁ λόγος ἑκάστου ἐνέσται, καὶ ἡ σύνθεσις ἡ ἑκάστου. γνωριεῖ γὰρ οὕτως ἑκάστῳ τὸ ὅμοιον· τοῖς μὲν στοιχείοις, ἐξ ὧν αὕτη, τὰ στοιχεῖα ἐξ ὧν τὸ πρᾶγμα· τῇ δὲ συνθέσει τῇ ἐν αὐτῇ, τὴν σύνθεσιν τὴν ἐν τῷ πράγματι.* Item [185]): *σχεδὸν ταυτὸν ποιοῦσι (οἱ ἀρχαιότεροι φυσικοὶ) τὴν αἴσθησιν τῷ λόγῳ. Ἐμπεδοκλῆς μὲν, λέγων·*

184) ad *Aristot.* de anima 1, p. 72. a. qui *Themistii* locus proprie quidem est ipsius *Aristotelis* de anima 1, 5. sed tamen passim ab eo differt, vt quod *Aristoteles* habet *οὐδὲν οὖν ὅφ. εἶναι τὰ στοιχεῖα ἐν τῇ ψυχῇ*, et *γνωριεῖ γὰρ ἕκαστον τὸ ὅμοιον.*

185) ad *Aristot.* de anima 3, p. 85. b.

Digitized by Google

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι [186]).

τοῦτο γὰρ αἰσθήσεως ἴδιον, ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν παρόντων κινεῖσθαι. Refutat hanc sententiam *Iohannes Philoponus* [187]). Sed ad eandem illustrandam pertinent loci *Aristotelis* [188]): φασὶ κυνός ποτε ἀεὶ καθευδούσης ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμίδος, ἐρωτηθέντα τὸν Ἐμπεδοκλέα, διὰ τί ποτε ἡ κύων ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμίδος καθεύδει, εἰπεῖν, ὅτι ἔχει τι κεραμίδι ὅμοιον ἡ κύων· ὡς διὰ τὸ ὅμοιον τὴν κύνα φοιτῶσαν. Et [189]): οἱ φυσιολόγοι τὴν ὅλην φύσιν διακοσμοῦσιν, ἀρχὴν λαβόντες τὸ ὅμοιον ἰέναι (leg. τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον ἰέναι). διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὴν κύν' ἔφη καθῆσθαι ἐπὶ τῆς κεραμίδος, διὰ τὸ ἔχειν πλεῖστον ὅμοιον. Videtur Empedocles hoc dogma ex loco *Homerico* [190]) petiisse:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Quo eodem loco *Plato* [191]) vtitur alia ratione..

186) Ita in *Aristotele* de anima 3, 3. recte legitur, sed in *Themistio* πρὸς τὸ παρεὸν — μή τις.

187) ad *Aristot.* de anima lib. 1. F, 2. sq. (p. 41. b.)

188) magn. moral. 2, 11.

189) Ethic. Eudem. 7, 1.

190) Odyss. ρ, 218.

191) in Lysida T. II. p. 214.

Digitized by Google

Haec omnia qui legerit, non mirabitur, Empedoclem quodlibet elementum pro animo siue anima habuisse. *Aristoteles* [192]): *οὗτοι λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς· οἱ μὲν, πλείους ποιοῦντες τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ, μίαν ταύτην, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων· εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυψὴν τούτων.* *Iohannes Philoponus* [193]): *λέγων* (Empedocles) *τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων εἶναι, οὕτως ἔλεγε δηλονότι· οὐχ ὡς ἐκ πυρὸς οὖσαν καὶ ὕδατος καὶ τῶν λοιπῶν. τί γὰρ μᾶλλον αὐτὴ τὰ ἔξω στοιχεῖα ἐγίνωσκεν, ἢ τὰ στοιχεῖα αὐτήν; οὐκ ἄρα οὕτως ἁπλῶς τὰ στοιχεῖα ταῦτα ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὡς ἔχουσαν τούτων τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῇ. ἔλεγε δὲ καὶ ἐκ τοῦ νείκους εἶναι καὶ τῆς φιλίας.* — *δῆλον οὖν ὅτι συμβολικῶς ταῦτα διελάμβανεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων λέγων εἶναι τὴν ψυχὴν, οὐκ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τοὺς τούτων λόγους εἶναι ἐν αὐτῇ.* et quae plura ibi contra Aristotelem affert. Item [194]): *Ἐμπεδο-*

192) de anima 1, 2. Cf. 1, 4. sq.

193) ad *Aristot.* de anima lib. 1. C, 1. (p. 17. a.)

194) ibid. C, 9. (p. 21. a.) Cf. E, 4. sq. (p. 34. b. et p. 35. a.)

Digitized by Google

κλῆς — τὴν γῆν ψυχὴν ἔλεγεν, ἢ μᾶλλον πιθανώτερον τὸ λέγειν ὅτι τὴν σύνθεσιν τῶν στοιχείων ψυχὴν ἔλεγεν. ἀλλὰ ἀντιπίπτει ἡμῖν τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον, ὅτι ἔλεγεν εἶναι καὶ ἕκαστον τούτων ψυχὴν, εἰ μὴ ψυχὴν τὴν ψυχικὴν δύναμιν ἐκληψόμεθα.

Ex ista autem, quam iam tradidi, opinione Empedoclem facile delabi eo potuisse, ut allegorica, et quidem diuina, elementis nomina imponeret, non opus est vt multis demonstretur. *Menander* [195]): ὕμνοι φυσικοὶ εἰσὶ τοιοῦτοι, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα, καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. οἱ δὴ τοιοῦτοι ὕμνοι φυσιολογικοὶ, καὶ χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀκριβῶς. — αὐτῶν δὲ τῶν φυσικῶν οἱ μὲν ἐξηγηματικοὶ, οἱ δὲ ἐν βραχεῖ προαγόμενοι. — Παρμενίδης μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐξηγοῦνται, Πλάτων δὲ ἐν βραχυτάτοις ἀνυμνεῖ. Iam quibus nominibus elementa appellauerit, docent non solum ipsi versus Empedoclei, quos infra afferre constitui, verum etiam hi loci: *Stobaeus* enim [196]),

195) de encomiis c. 5. p. 39. ed. *Heeren.*
196) eclog. phys. P. I. p. 288.

Digitized by Google

Δία μὲν λέγει, inquit, τὴν ζέσιν καὶ τὸν αἰθέρα· Ἥρην δὲ φερέσβιον, τὴν γῆν· ἀέρα δὲ, τὸν Ἀϊδωνέα, ἐπειδὴ φῶς οἰκεῖον οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὑπὸ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων καταλάμπεται· Νῆστιν δὲ καὶ κρούνωμα βρότειον, τὸ σπέρμα καὶ τὸ ὕδωρ. Similia tradit *Diogenes Laertius* [197 a])· Δία μὲν, τὸ πῦρ λέγων· Ἥρην δὲ, τὴν γῆν· Ἀϊδωνέα δὲ, τὸν ἀέρα· Νῆστιν δὲ, τὸ ὕδωρ. Sed alii aliter explicant, vt *Plutarchus* [197 b]) et *Eusebius* [198]): Δία μὲν λέγει τὴν ζέσιν καὶ τὸν αἰθέρα· Ἥραν δὲ φερέσβιον, τὸν ἀέρα· τὴν γῆν, τὸν Ἀϊδωνέα· Νῆστιν δὲ, καὶ κρούνωμα βρότειον, οἱονεὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ὕδωρ. Et *Simplicius* [199]): τὴν Ἀφροδίτην ἤτοι τὴν φιλίαν *) —. καλεῖ δὲ τὸ μὲν πῦρ, καὶ Ἥφαιστον καὶ ἥλιον καὶ φλόγα· τὸ δὲ ὕδωρ, ὄμβρον [200]). τὸν δὲ ἀέρα, αἰθέρα.

197 *a*) 8, 76.

197 *b*) de plac. philos. 1, 3. extr.

198) de praeparat. euangel. 14, 14. p. 749.

199) ad *Aristot.* phys. 1, p. 7. b.

*) Ita quoque Auctor vitae Homeri in *Galei* opuscc. mythol. p. 328. qui etiam dicit, τὸν Ἄρην idem esse, quod apud Empedoclem τὸ νεῖκος.

200) Sic *Lucretius* 1, 716. — „quatuor ex rebus posse „omnia rentur, Ex igni, terra, atque anima procrescere, „et *imbri*."

Digitized by Google

Hic igitur terram prorsus omittit. Reliqui, quorum verba attuli, ita dissentiunt, vt alii per Iunonem, alii per Plutonem, significatam ab Empedocle terram esse dicant. Et *Heynius* [201]) quidem, Vir illustris, quem etiam Cel. *Heeren* [202]) sequitur, probat *Plutarchi* et *Eusebii* rationem, sed *Diogenes* et *Stobaeus* plures habuere sequaces, v. c. *Athenagoram* [203]): *Ζεὺς μὲν τὸ πῦρ, Ἥρα δὲ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἀὴρ Ἀϊδωνεὺς, καὶ τὸ ὕδωρ Νῆστις. Heraclidem* [204]): *Ζῆνα μὲν εἶπε τὸν αἰθέρα, γῆν δὲ τὴν Ἥραν, Ἀϊδωνέα δὲ τὸν ἀέρα, τὸ δὲ δακρύοις τεγγόμενον κρούνωμα βρότειον, τὸ ὕδωρ. Probum* [205]): „vt accipiamus *Ζεὺς* „*ἀργὴς* ignem, qui sit *ζέων* et candens, quod „ignis est proprium. — *ἀργὴς* autem, i. e. „*λαμπρὸς, ἢ ταχύς.* Nam et *Homerus, καὶ* „*πύνας ἀργούς.* et Argus vndique lucens et „videns. — *Ἥρη* autem *φερέσβιος* terram „tradit, quod victum ferat. de qua *Homerus* „*ζείδωρος ἄρουρα.* Vnde *τὴν Ἥραν* quidam „*ἔραν* appellarunt. *Ἀϊδωνεὺς* Ditem patrem

201) praefat. ad Cel. *Tiedemanni* System der stoischen Philosophie (Lips. 1776. 8.) p. IX.

202) ad *Stobaeum* l. l. Cf. *Scipio Aquilian.* p. 143. sq.

203) in legatione pro Christianis p. 22. D.

204) in allegoriis Homeri p. 443. ed. *Gale* in opusc. mytholog. phys. et eth.

205) ad *Virgil.* ecl. 6, 31.

Digitized by Google

„glossa significat. Sed accipere debemus aëra, „quem *Euripides* in Cadmo χάος appellauit. — „Νῆστις aquam significat, quae scilicet sin- „cero habitu cuncta confirmet. Nam creditur „id eundem hominem, quem acceperit, ser- „uare. *Cicero* autem Ἀϊδωνέα pro terra inter- „pretatur, Ἥραν pro aëre, versa vice [206]). — „Animaduertendum est, quod Homerus con- „sentiat Empedocli." Scilicet, vt *Phurnutus* [207 a]) dicit, Ἄϊδης ἐστὶν· ὁ παχυμερέστατος καὶ προσγειότατος ἀήρ. Quam Phurnuti explicationem, etiamsi scirem ad Empedoclem non pertinere, tamen hic posui ideo, quia inde apparet, Plutonem etiam post Empedoclis tempora habitum fuisse pro aëre, neque adeo videtur negari posse, Empedoclem quoque idem potuisse statuere. Et sane cum tot scriptores de hac interpretatione consentiant, cumque Empedoclis Ἥρη φερέσβιος praeclare a *Probo* comparari videatur cum *Homeri* ζειδώρῳ ἀρούρᾳ, parum abest quin ego quoque in hanc partem inclinem, vt Iunonem apud Empedoclem de terra, Plutonem autem de aëre caliginoso interpreter. Caeterum *Menagius* [207 b]) nomen Νῆστις descendere putat a verbo νέω, *nato*, a quo et *Nereus*, et *Nereides*, sed *Hey-*

206) de N. D. 2, 26.

207 *a*) de Natura Deor. c. 5. p. 144. ed. *Gale* l. l. Cf. *Heraclides* l. l. p. 442.

207 *b*) ad *Diog. Laert.* l. l.

Digitized by Google

nius a vocabulo *νέος*, vt *νῆτος*, vnde *νήτη*, quae duo vocabulo constat, vt interdum Latinum *nouissimus*, de eo dici, quod imum siue infimum est. Cum enim ille Plutonem de terra, Iunonem de aëre explicaret, tam Nestin quam Plutonem numina putabat esse subterranea, quae alias Pluto et Proserpina dicerentur. Nam aquam fluere sub terra. Sed fateor, mihi magis placere, vt *Νῆστις* deriuetur a verbo *νάειν*. *Simplicius* [208]), postquam dixit, Empedoclem aerem et aquam vno vocabulo *Νῆστιν* appellare, addit haec: *Νῆστιν διὰ τὸ ὑγρὸν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν.* Eadem deriuatio placuit etiam aliis viris doctis [209]).

Cum vero semel Empedocles elementa fecisset personas, facilis intelligitur transitus fuisse ad eam opinionem, qua ea deos putasse narratur. *Aristoteles* [210]): *ὁ δὲ* (Empedocles) *τὴν μίξιν μόνην ἐπαινεῖ. καί τοί γε τὰ στοιχεῖα διακρίνει, οὐ τὸ νεῖκος, ἀλλ' ἡ φιλία, τὰ φύσει πρότερα τοῦ θεοῦ· θεοὶ δὲ καὶ ταῦτα.* Quod pronomen *Iohannes Philoponus* [211]), cuius totus locus legendus est, expli-

208) ad *Aristot.* de anima 1, p. 18. b.

209) v. *Neander* in opere aureo T. I. p. 524. *Vossius* de theologia gentili 2, 77. p. 351. et *Heeren* l. l. Cf. infra §. 12. ad n. 35. sq. et ad vers. 28.

210) de generat. et corrupt. 2, 6.

211) ad *Aristot.* de gen. et corr. l. l. p. 59. a.

Digitized by Google

cat his verbis: τουτέστι τὰ στοιχεῖα. *Cicero* [212]): „Empedocles multa alia peccans, in „deorum opinione turpissime labitur. quat„tuor enim naturas, ex quibus omnia constare „vult, diuinas esse censet, quas et nasci et „exstingui perspicuum est, et sensu omni „carere." De *Stobaei* loco huc pertinente dictum est ad n. 91. et 92. Neque vero, quicunque veteris philosophiae non ignarus est, Empedoclem ita statuisse mirabitur. Certe etiam Pherecydes librum, in quo de elementorum inter se commixtione ageret, cum inscribere posset κρᾶσιν στοιχείων, inscripsit ἑπτακρασίαν, et videtur haec appellatio ad linguam poeticam esse referenda.

§. 10.

Sequitur vt de principiis illis, quae, cum essent vires naturae, more veterum Empedocles personas faciebat, et Φιλίαν atque Νεῖκος nominabat, quid statuisse reperiatur, ducibus antiquis scriptoribus diligentissime afferam. Neque enim sufficere possunt, quae supra passim de iis monita sunt [1]). *Sextus Empiricus* [2]): οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστερον κα-

212) de N. D. 1, 12. Cf. *Scipio Aquilian.* p. 150.

1) v. c. §. 9. n. 11 — 15. 18. 20 — 26. b. 29 — 31. 34. 36. 38. 82. sq.

2) adu. Mathematt. 9, 4.

Digitized by Google

τὰ τὸν φυσικὸν τόπον περὶ τῶν τοῦ παντὸς ἀρχῶν διατετάχθαι, τὰς μέν τινας αὐτῶν δραστηρίους εἶναι λέγουσι, τὰς δὲ ὑλικάς. ὧν τῆς δόξης ἀρχηγὸς ἀξιοῦται τυγχάνειν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος. καὶ μετὰ τοῦτον γε Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος. Et nonnullis interiectis [3]): δόξαι δ' ἄν, ὡς προεῖπον, καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς τοιοῦτος εἶναι. σὺν γὰρ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν καταριθμεῖται· τὴν μὲν φιλίαν, ὡς συναγωγὸν αἰτίαν, τὸ δὲ νεῖκος, ὡς διαλυτικήν. *Eusebius* [4]): Ἐμπεδοκλῆς στοιχεῖα τέσσαρα, πῦρ, ὕδωρ, αἰθέρα, γαῖαν· αἰτίαν δὲ τούτων, φιλίαν καὶ νεῖκος. *Hermias* [5]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς — ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέγα βοῶν· ἀρχαὶ τῶν πάντων ἔχθρα καὶ φιλία, ἡ μὲν συνάγουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα. *Simplicius* [6]): Ἐμπεδοκλῆς δύο ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναντιώσεις ὑποδέμενος, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, εἰς μίαν τὰς δύο συνεκορύφωσε τὴν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας, ὥσπερ καὶ ταύτην εἰς μονάδα τὴν τῆς ἀνάγκης. ἀλλ' αὕτη

3) ibid. §. 10.
4) de praep. euang. 1, 8. p. 24.
5) in irrisione gentilium philosophorum p. 177. A.
6) ad *Aristot.* phys. 1, p. 43. a.

Digitized by Google

μὲν, ὡς ἕν· τὸ δὲ νεῖκος καὶ ἡ φιλία, ὡς δύο, καὶ οὐχ ὡς ποιητικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς στοιχειώδη, ὡς ἡ διάκρισις καὶ ἡ σύγκρισις. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τούτοις. Rursus [7]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ μὲν σωματικὰ στοιχεῖα ποιεῖ τέσσαρα, πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, ἀΐδια μὲν ὄντα πλήθει καὶ ὀλιγότητι, μεταβάλλοντα δὲ κατὰ τὴν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. τὰς δὲ κυρίως ἀρχὰς, ὑφ' ὧν κινεῖται ταῦτα, φιλίαν καὶ νεῖκος. δεῖ γὰρ διατελεῖν ἐναλλὰξ κινούμενα τὰ στοιχεῖα, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας συγκρινόμενα, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα. ὥστε καὶ ἓξ εἶναι κατ' αὐτὸν τὰς ἀρχάς. Item [8]): διάκρισις καὶ σύγκρισις κινήσεις εἰσὶ κατὰ τόπον. ἡ δὲ φιλία καὶ τὸ νεῖκος τὰ παρ' Ἐμπεδοκλεῖ ποιητικὰ αἴτια κατὰ φορὰν κινεῖ. καὶ ἡ μὲν συγκρίνειν, τὸ δὲ διακρίνειν λέγεται τὰ στοιχεῖα. Denique apud eundem [9]) φιλία dicitur αἰτία τῆς μίξεως, quemadmodum νεῖκος τῆς διακρίσεως. *Chalcidius* [10]): „interdum concretionem, interdum discretio„nem, vt Empedocles, concretionem quidem

7) ibid. p. 6. b.
8) ibid. ad lib. 8. p. 310. a.
9) ad *Aristot.* de coelo 3. p. 144. b.
10) ad Timaeum p. 291.

Digitized by Google

„amicitiam, discretionem porro et separatio„nem inimicitiam vocans.“ Auctor vitae Homeri [11]): *τὴν μὲν συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν τῶν στοιχείων, φιλίαν προσαγορεύσας· νεῖκος δὲ, τὴν ἐναντίωσιν.* *Iohannes Philoponus* [12]): *ὁ Ἐμπεδοκλῆς αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν ὑπὸ τῆς φιλίας γινομένην μίξιν, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους διάκρισιν φύσιν ὀνομάζεσθαί φησιν.* Item [13]): *Ἐμπεδοκλῆς — ὑπετίθετο ὑλικὰς μὲν εἶναι τέσσαρας ἀρχὰς τῶν ὄντων, τὰ τέσσαρα ταῦτα στοιχεῖα· ποιητικὰς δὲ δύο, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. — τῶν ὄντων πάντων ταύτας ὑπετίθετο ποιητικὰς εἶναι ἀρχὰς, διότι ἑώρα ἐν πᾶσι καὶ ταυτότητα καὶ ἑτερότητα, καὶ ἕνωσιν καὶ διάκρισιν.* Item [14]): *τοῖς ἐξ ἑνὸς ἀνάγκη λέγειν τὴν ποίησιν. ἐνταῦθα γὰρ τῷ* (leg. *τὸ*) *ποιεῖν καὶ πάσχειν οὐ κατὰ τροπὴν καὶ μεταβολὴν τοῦ ὑποκειμένου ἐκληψόμεθα, ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὸ ἐνεργεῖν αὐτὸ τὸ ποιητικὸν ἢ κινητικὸν αἴτιον. δεῖ γὰρ ἐν ἑκάστῳ αἴτιόν τι εἶναι συγκρίσεως καὶ διακρίσεως.· καὶ Ἐμπεδοκλεῖ μὲν τὸ νεῖκος καὶ ἡ φιλία, ἡ μὲν συγκρί-*

11) p. 327. ed. *Gale* in Opuscc. mytholog.
12) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, p. 59. a.
13) ad *Aristot.* de anima lib. 1. C, 1. (p. 17. a.)
14) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, p. 29. a. b.

Digitized by Google

σεως, τὸ δὲ διακρίσεως αἴτιον. τὸ δὲ συγκρίνειν καὶ διακρίνειν, ποιεῖν τι ἐστί. Scholiastes Apollonii Rhodii [15]): Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ὅτι συγκεχυμένων ἁπάντων τοπρότερον, νεῖκος καὶ φιλία παραπεμφθέντα τὴν διάκρισιν ἐποιήσαντο· χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲν δύναται γενέσθαι. ᾧ ἕπεται, ὡς εἰκὸς, μηδὲ ἀπολωλέναι. Hoc dogma Empedocleum obuersatum etiam est menti *Horatii*, cum scripsit [16]):

„Quid velit et possit rerum concordia discors,
„Empedocles an Stertinium (i. e. Stoicum) deliret acumen."

Et male, h. e. non ex Empedoclis mente, eodem dogmate vtitur *Cicero* [17]): „Agrigenti„num, inquiens, doctum quendam virum car„minibus Graecis vaticinatum ferunt: quae in „rerum natura totoque mundo constarent, „quaeque mouerentur, ea contrahere amici„tiam, dissipare discordiam." Cicero enim id agit, vt demonstret, domos ac ciuitates per amicitiam concordiamque stabiliri et firmari, per odia vero atque dissidia funditus euerti. Quo non pertinent Empedoclis amicitia atque discordia.

15) 1, 498. Cf. *Alexander Aphrodis.* ad *Aristot.* metaphys. p. 119. et *Vossii* theologia gentilis 1, 5. p. 18.

16) epistt. 1, 12, 19. sq.

17) de amicitia c. 7.

Digitized by Google

Quemadmodum autem in his aliisque locis multis Empedocles dicitur amicitiae tribuisse vim coniungendi, discordiae vero potestatem seiungendi: ita idem saepe inconstantiae accusatur, vt qui amicitiam fecerit discernentem siue separantem, discordiam autem contrahentem siue colligentem. *Aristoteles* [18]): *Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ πλέον μὲν τούτῳ* (np. *νῷ*) *χρῆται τοῖς αἰτίοις, οὐ μὴν οὔτε ἱκανῶς, οὔτ' ἐν τούτοις εὑρίσκει τὸ ὁμολογούμενον. πολλαχοῦ γοῦν αὐτῷ ἡ μὲν φιλία διακρίνει, τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει.* Item [19]): *Ἐμπεδοκλῆς — τίθησι μὲν ἀρχήν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς τὸ νεῖκος. δόξειε δ' ἂν οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦτο γενναῖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἑνός. — συμβαίνει αὐτῷ τὸ νεῖκος μηδὲν μᾶλλον φθορᾶς ἢ τοῦ εἶναι αἴτιον. ὁμοίως δὲ οὐδ' ἡ φιλότης τοῦ εἶναι. συνάγουσα γὰρ εἰς τὸ ἕν, φθείρει τὰ ἄλλα.* Non male rem explicat *Syrianus* [20]): „Empedoclem accusat (Ari-„stoteles), vt suis repugnantem suppositioni-„bus. Causis enim, inquit, duabus vtens, „vna quidem effectiua, scilicet amicitia; altera „vero corruptiua, scilicet lite; multa quidem „corrumpit per amicitiam, multa vero generat

18) metaphys. 1, 4.
19) ibid. 2, 4.
20) ad *Aristot.* metaphys. 2, p. 32. b.

Digitized by Google

„per litem. Amplius dominari ipsa vicissim „dicens, causam non dicit transmutationis „principiorum. Sed neque omnia corrumpere „dicemus Empedoclem: non enim indiget hu„iuscemodi ad se ipsum concordia: sed quem„admodum et alios Pythagoricos, sic et ipsum „nosse has quidem intelligibiles substantias, „illas vero sensibiles, neque corruptiuum qui„dem supponere litem esse principium, solam „vero amicitiam effectiuum, nec causam ap„parentis ipsorum dominii vicissitudinarii si„luisse: sed et Pythagoricum quidem existen„tem et Orphicum supponere quidem post „vnum vniuersorum principium, de quo nec „ipse, nec Parmenides, nec Pythagoras iube„bant sibi ipsis rationes deponi, haec duo „plura principia, amicitiam et litem, quas Py„thagorici vnitatem et dualitatem nominabant, „interminatam ipsam vocantes, ob potentiam „in vniuersum occupantem. Ex his vero prin„cipiis et intelligibilem mundum emergere, et „sensibilem. In intelligibili igitur, appellato „Sphaero, secundum actionem dominari ami„citiam propter vnionem immaterialium et di„uinarum substantiarum: (eodem modo esse „videtur vniuersa generatio) in sensibili vero „litem.“ Item [21]): „nec Empedocles recte „accusatus est nunc (forte autem nec alias), „tanquam mistum ipsum corrumpens per litem.

21) ibid. 13,. p. 117. b.

Digitized by Google

„neque enim lis est corruptiua: ipsa quippe „est quae mundum facit: neque Sphaerus vn„quam dissoluitur apud ipsum, nisi quis ver„bis incumbens, quae in tota sua theologia „proponit, ab intellectu viri semoueatur. Sed „est lis quidem apud ipsum multitudinis et „alteritatis generatiua, amicitia vero identita„tis et vnionis. Idcirco et dominatur in in„tellectibus (leg. intelligibilibus) — amicitia „ipsa, in sensibilibus vero lis. Nam ex vtra„que parte vnum est et multitudo, sed alicubi „quidem vnum, alicubi multitudo domina„tur.“ *Alexander Aphrodisius* [22]): „Empedo„cles in mentione mouentium principiorum, „h. e. amicitiae ac discordiae, labitur. Neque „enim satis liquet, duone an vnum has esse „principium per ipsum sit statuendum, quan„doquidem amicitia discordiae muneribus fun„gi videtur, cum, quae per se tota sunt, dis„societ discernatque, vt concernat efficiatque „corpus vnum. Quin et discordia per ipsum „non solum discernit, sed, quae similia inter „se sunt, concernit, cogitque eadem ex vni„tate seiungens, prorsus vt neutrum altero „magis sit per ipsum oppositorum efficiens.“ *Iohannes Philoponus* [23]): ἐπεὶ δὲ ὁ Ἐμπεδο-

22) ad *Aristot.* metaph. p. 30. qui idem multa hanc in rem disputat p. 95. Cf. p. 16.

23) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, p. 59 a. Cf. ad *Aristot.* metaph. 1, fol. 2. b. et 3, fol. 10. b.

Digitized by Google

κλῆς θεὸν καλῶν τὸν σφαῖρον, τὴν μὲν φιλίαν ἐπαινεῖ ὡς αἰτίαν τούτου τῇ πάντων συγκρίσει, τὸ δὲ νεῖκος ψέγει ὡς διακριτικὸν τοῦ θεοῦ, — ὁ Ἀριστοτέλης εἰς τοὐναντίον περιτρέπει τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὅτι μᾶλλον διακρίσεως ἐστὶν αἴτιον κατ' αὐτὸν ἡ φιλία. εἰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων ὁ σφαῖρος γέγονεν, οὐ δήπου μενόντων ὡς ἔχουσι φύσεως, οὐκοῦν διέκρινεν ἀπ' αὐτῶν τὰς ἕκαστον (leg. ἑκάστου vel ἑκάστων) πρὸ τοῦ σφαίρου χαρακτηριζούσας ποιότητας ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων αὐταῖς. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἓν εἶδος ἐλάμβανε πάντα τὸ τοῦ σφαίρου. εἰ οὖν διάκρισις ἐστὶν ὁ τοῦ εἴδους ἀπὸ τῆς ὕλης χωρισμὸς, τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡ φιλία, διακρίσεως ἄρα μᾶλλον ἐστὶν αἰτία. — μήποτε δὲ τοῦτο εἶπεν, δηλῶν ὡς οὐ μᾶλλον ἐπαινετὴ ἡ φιλία ὡς ποιοῦσα τὸν σφαῖρον θεὸν ὄντα, ὡς ψεκτὴ διακρίνουσα τὰ στοιχεῖα καὶ φθείρουσα. θεοὶ γὰρ καὶ ταῦτα. — εἰ μὴ ἄρα, φησὶν (Aristoteles), αὐτοκίνησίς ἐστιν ἡ φιλία, καὶ τὸ νεῖκος ὁμοίως. ἀλλ' οὐ τοῦτο φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλὰ κινήσεως αἴτια τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν.

Quamuis autem ex his iam appareat, haec duo principia sibi inuicem aduersari, tamen

Digitized by Google

nonnulla alia hic ponere liceat. *Aristoteles* [24]): Ἐμπεδοκλῆς — παρὰ τοὺς πρότερον, πρῶτος ταύτην τὴν αἰτίαν διελὼν εἰσήνεγκεν, οὐ μίαν ποιήσας τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἀλλ' ἑτέρας τε καὶ ἐναντίας. *Plutarchus* [25]): ὥσπερ ἐν τοῖς Ἐμπεδοκλέους στοιχείοις, διὰ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν ἔνεστι διαφορὰ πρὸς ἄλληλα καὶ πόλεμος, μᾶλλον δὲ τοῖς ἀλλήλων ἁπτομένοις καὶ πελάζουσιν. *Tertullianus* [26]): „philosophi ex contrariis vniuer„sa constare condicunt, secundum amicitiam „et inimicitiam Empedoclis." *Simplicius* [27]): Ἐμπεδοκλεῖ, τὰς αὐτὰς αἰτίας ὡρισμένας λέγοντι, ἐναντίας γε μὴν, τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς, τὸ νεῖκος δηλονότι καὶ τὴν φιλίαν. εἰ γὰρ ἀεὶ τὰ αὐτὰ αἴτια ὡρισμένα, καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη, δηλονότι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄφθαρτα ὄντα, καὶ τὴν τάξιν τὴν ἀφ' ἑκατέρου γινομένην ὡρισμένην ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄλλοτε ἄλλην. *Philoponus* [28]): „Empedocles — rixam et amicitiam ponebat contrarias omnium causas."

24) metaph. 1, 4.

25) in Demetrio c. 5. T. 1. opp. p. 890. ed. *Wechel.*

26) de anima c. 8.

27) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. b.

28) ad *Aristot.* metaph. 1, p. 2. b. Cf. *Athenagoras* p. 27. A.

Digitized by Google

Fortassis etiam huc pertinere putandus est ille *Plutarchi* locus, quem attuli ad §. 9. n. 93. b.

Ex hac istorum duorum principiorum inter se contentione et aduersitate interitum mundi deriuasse dicitur Empedocles. *Stobaeus* [29]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν κόσμον φθείρεσθαι κατὰ τὴν ἀντεπικράτειαν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας. Vbi tamen vix dubito, quin legendum sit τὸν κόσμον γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι etc. Quod quo melius perspiciatur, videndum est, quid Empedocles tribuisse legatur his principiis, vel singulis, vel coniunctis. Primo igitur perhibentur ea omnis motus causae existimatae fuisse ab Empedocle. *Aristotelis* verba huc spectantia habes paulo ante [30]). *Philoponus* autem [31]), „Empedocles, inquit, amici„tiam dixit et rixam, quae sunt actu causae „motus.“ Deinde eadem vocantur causae efficientes. *Simplicius* [32]): Ἐμπεδοκλῆς — ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. Et alio loco [33]): οἱ ἀρχαῖοι φυσικοὶ περὶ τὴν τοῦ ἑτέρου ζήτησιν διέτριβον τοῦ κατὰ τὴν

29) eclog. phys. P I. p. 416.
30) ad n. 24. Cf. alii loci passim allati, v. c. ad n. 7.
31) ad *Aristot.* metaph. 12, fol. 50. b.
32) ad *Aristot.* phys. 1, p. 7. b.
33) ibid. 2, p. 66. b.

Digitized by Google

ὕλην, ἐπὶ σμικρὸν τοῦ Ἐμπεδοκλέους καὶ τοῦ Δημοκρίτου τῆς κατὰ τὸ εἶδος φύσεως ἁψαμένων. Ἐμπεδοκλῆς μὲν τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν ὡς εἰδοποιοὺς αἰτίας ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀποθέμενος. *Philoponus* eadem dicit paulo luculentius [34]): τῆς μὲν ὕλης πολὺ ἐφρόντισαν πάντες οἱ παλαιοί· τοῦ δὲ εἴδους οἱ μὲν οὐδένα ἐποιήσαντο λόγον, ὅσοι δὲ καὶ ἐμνήσθησαν εἰδικοῦ αἰτίου, ἐπὶ βραχὺ τούτου ἐφρόντισαν. οὗτοι δέ εἰσι Δημόκριτός τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς. — Ἐμπεδοκλῆς τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν εἰδοποιοὺς αἰτίας τῶν ὄντων ἔλεγεν. εἰ γὰρ καὶ ποιητικὰς ἐλάμβανον αἰτίας τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, ἀλλ' οὖν εἰδοποιεῖσθαι δι' αὐτῶν τόν τε σφαῖρον διὰ τῆς φιλίας, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον διὰ τοῦ νείκους. ὥστε ποιητικὸν αἴτιον λέγοντες, οὐ πάντη τοῦ εἴδους ἠμέλησαν. ποιοῦσι γὰρ ταῦτα οὐ τὰ εἴδη, ἀλλὰ τὴν ὕλην. Similes alii loci sunt supra. Verum non ambo principia simul operari putasse traditur Empedocles. *Simplicius* [35]): Ἐμπεδο-

34) ad *Aristot.* phys. 2. F, 12. Cf. ad *Aristot.* metaph. 1. fol. 4. a. vbi formalem causam a nemine clare redditam esse dicit. it. fol. 4. b. et *Alexander Aphrodis.* ad *Aristot.* metaph. p. 13. et *Themist.* ad phys. auscult. 2, p. 24. b.

35) ad *Aristot.* phys. 1, p. 33. a.

Digitized by Google

κλῆς πλείους κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς ἔθετο, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἓν δὲ τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ὅτι παρὰ μέρος ἑκάτερον αὐτῶν ἐπικρατεῖ καὶ ποιεῖ, καὶ οὐχ ἅμα ἄμφω. ἀεὶ γὰρ αὐτῷ οὕτως ἓν τὸ ποιοῦν γίνεται. ἢ οὐχὶ τὸ ποιητικὸν αὐτοὺς (np. Empedoclem et Anaxagoram) ἓν λέγειν ῥητέον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ μίγμα, ὃ ἦν — κατὰ Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ποτὲ μὲν συγκρινομένων ὑπὸ τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ διακρινομένων ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ ποιούντων τόνδε τὸν κόσμον. Item [36]): Ἐμπεδοκλῆς, ἐξ ἀϊδίου λέγων ἀνὰ μέρος τὴν ἐπικράτειαν γίνεσθαι ποτὲ μὲν τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ τοῦ νείκους, δῆλός ἐστιν ἀΐδιον τὸν χρόνον οἰόμενος. εἰ δὲ ὁ χρόνος ἀΐδιος, καὶ ἡ κίνησις. Huc eodem referri potest, quod *Claudianus* [37]) de Empedocle dicit:

„Alter in Aetnaeas casurus sponte fauillas
„Dispergit reuocatque deum, rursusque receptis
„Nectit amicitiis, quicquid discordia soluit."

Sed quanquam duo ista principia vocantur causae rerum omnino omnium efficientes, et

36) ibid. 8, p. 265. a. Cf. ad *Aristot.* de coelo 2, p. 128. a. et *Philoponus* ad *Aristot.* phys. auscult. 1. C, 2.

37) de consulatu Mallii Theod. v. 72. sqq.

Digitized by Google

quanquam ab *Iohanne Philopono* [38]) τῷ λόγῳ μᾶλλον γνωριμώτερα ἢ τῇ αἰσθήσει, atque ἀσώματοι φύσεις Empedocli visa esse dicuntur, quo etiam pertinet locus quidam *Plotini* [39]): tamen ea reuera ad materiam pertinere docent veterum multi, vt *Themistius* [40]): „Absurde Empedocles censet. Bonum enim „ipsum concordiam ponit esse: hoc autem „principium est, et vt mouens (congregat „enim), et, vt sonant eius verba, *est vt ma-*„*teries.* Est enim pars eius quod congrestum „(leg. congestum) est. Quod si eidem acci-„dit, vt sit principium, vt mouens atque ma-„teries: tamen ipsum esse non erit idem. — „Absurdum est etiam censere, discordiam non „subire corruptionem; ita vt haec natura sit „ipsius necessarii natura." *Iohannes Philoponus* [41]): „Accusat (Aristoteles) Empedoclem, „absurdum principium amicitiam ponentem, „et vt collectiuum, Sphaerum efficiens, vt

38) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1, D, 1. et 2. et de anima C, 5. (fol. 19. a.)

39) Ennead. 5. lib. 1. c. 9. τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία τὸ ἕν. ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο (np. τίθεται). τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. Vbi prò τὸ ἓν legendum est ἑνοῖ, vel ποιεῖ ἓν, vel τὸ διαιρεθὲν ἑνοῖ.

40) paraphras. in duodecimum librum *Aristot.* de prima philosophia p. 24. Sed sunt fere vorba ipsius *Aristotelis* metaph. 12, 10. v. infra ad n. 55.

41) ad *Aristot.* metaphys. 12. fol. 53. a.

Digitized by Google

„vero partem Sphaeri, materiam. Hoc ponens, „inquit, et si concedamus, amicitiam subie„ctum esse, et vt materiam, et vt mouens, „at ratione different omnino. Si vero hoc, „vtrum quia mouet, est amicitia, vel quia est „materia. Oportuit ergo dicere, secundum „quid haec amicitia sit.“ Item [42]): *ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι καὶ μὴν Ἀναξαγόρας μὲν νοῦν ὑπετίθετο αἴτιον τῶν γινομένων, νεῖκος δὲ καὶ φιλίαν Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὐχ ἁπλῶς τοῖς ὑλικοῖς αἰτίοις τὸ πᾶν ἀπέδοσαν, διὰ τοῦτο φησὶν* (Aristoteles), *ὅτι εἰ καὶ αἰτίας ποιητικάς τινες ὑπετίθεντο, ἀλλ' ὅσον ἅψασθαι τούτων μεμνημένοι μόνον, ἐν τῇ γενέσει τῶν κατὰ μέρος οὐκέτι ταύτας ἠτιῶντο, ἀλλ' εἰς τὴν παρ' ἑαυτῶν ὕλην ἕκαστος κατεφέρετο, ὁ μὲν τὰς ὁμοιομερείας αἰτιώμενος, ὁ δὲ ψυχρὸν καὶ θερμόν.* Non tamen dissimulandum est, aliter sentire videri *Alexandrum Aphrodisiensem*, vbi scribit [43]): „Dis„cordia et amicitia per Empedoclem elementa „sunt, et in elementis habentur, non tamen „vt materia.“ Sed quomodo intelligi haec verba debeant, ipse *Alexander* docet alio loco [44]): „Empedoclem taxat (Aristoteles), qui

42) ad *Aristot.* phys. 2, 8. H, 13. Potest etiam huc referri *Alexander Aphrodis.* ad *Aristot.* metaphys. p. 13.

43) ad *Aristot.* metaphys. p. 27.

44) ibid. p. 400.

Digitized by Google

„amicitiam incommode principium esse sta-
„tuebat. Nam cum amicitiam coactricem ef-
„fectricemque Sphaeri vocat, hanc efficientem
„causam statuere videtur. Rursus materialem,
„cum eandem mixturae Sphaerique partem
„esse facit.“ Videntur ergo amicitia et dis-
cordia interdum pro efficientibus causis haberi
posse, interdum pro materialibus.

Inde forsan explicari potest, quod haec duo principia mox dicuntur ψυχαὶ esse, mox non esse. *Simplicius* [45]): Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων αὐτὴν (np. τὴν ψυχὴν) ὑφιστάνειν στοιχείων, καὶ ἐκ τῶν δύο κινητικῶν ἀρχῶν, φιλίας τε καὶ νείκους, οὐ μόνον τὸ ἐκ πασῶν μίγμα ψυχὴν λέγοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκάστην ἀρχὴν γνωστικὴν οὖσαν τοῦ ὁμοίου. τὸ γὰρ γνωστικὸν ὁτουοῦν, ψυχὴν εἶναι. *Philoponus* [46]): Ἐμπεδοκλῆς — ἕκαστον (np. στοιχεῖον) ψυχὴν ἔλεγεν εἶναι. ἔτι δὲ καὶ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Contra vero dicit idem *Simplicius* [47]): Ἐμπεδοκλέα, φιλίαν καὶ νεῖκος, ἀλλ' οὐ ψυχὰς λέγοντα τὰ κινοῦντα.

Eadem principia interdum nominantur casus fortuitus siue fortuna, interdum fatum

45) ad *Aristot.* de anima 1, p. 6. b.
46) ibid. C, 1. (p. 17.)
47) ibid. p. 5. b.

Digitized by Google

siue necessitas. *Iohannes Philoponus* [48]): *οὐδὲ ἐκείνων γέ τι ᾤοντο (οἱ ἀρχαῖοι) εἶναι τὴν τύχην, ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι διηλέχθησαν περὶ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου. τὴν γὰρ φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ νεῖκος ταῦτα εἶναι ᾤετο.* *Plutarchus* vero [49]): *πειθοῖ μεμιγμένην ἀνάγκην, ἣν εἱμαρμένην οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος.* Et *Cicero* [50]): „cum duae sententiae „fuissent veterum philosophorum, vna eorum, „qui censerent omnia ita fato fieri, vt id „fatum vim necessitatis afferret, in qua sen„tentia Democritus, Heraclitus, Empedocles, „Aristoteles fuit."

Vt autem rectius procedat oratio, singulatim quid vtrique suo principio tribuisse dicatur Empedocles, videndum est. *Plutarchus* quidem [51]) satis modeste dicit: *παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν, ὡς τὸ μὲν πῦρ νεῖκος οὐλόμενον, σχεδύνην* [52]) *δὲ φιλότητα τὸ ὑγρὸν ἑκάστοτε προσαγορεύων.* Et potest vera videri *Plutarchi* traditio, si comparaueris,

48) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 2. G, 10.

49) de animae procreatione T. II. opp. p. 1026. B.

50) de fato c. 17. Similes locos iam supra attuli §. 9. ad n. 93. b. sqq. p. 168 — 170.

51) de primo frigido T. II. p. 952. B.

52) Vix est vera lectio. Patet autem, idem esse, quod *σχετικήν.*

Digitized by Google

quae his verbis praemisit: ὅλως τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικὸν, τὸ δὲ ὕδωρ κολλητικὸν καὶ σχετικὸν, τῇ ὑγρότητι συνέχον καὶ πῆττον. Et verba *Procli* [53]): ἐπειδὴ ἔδει τὸν κόσμον ὄντα γενητὸν, ὁρατὸν εἶναι καὶ ἁπτὸν, δεδέηται πυρὸς καὶ γῆς. διότι μὲν ὁρατὸς, πυρός· — διότι δὲ ἁπτὸς, γῆς. — ἔστω οὖν δύο ταῦτα στοιχεῖα, πρῶτον ἡμῖν ἐν τῷ παντὶ κείμενα, καὶ ἐναντία ἀλλήλοις. — τούτων οὖν οὕτως ἀντιδιηρημένων, — οὐκ ἔσται μία διακόσμησις, οὐδὲ εἷς κόσμος, εἰ μὴ δεσμὸς αὐτοῖς ἐγένοιτο (leg. ἐγένετο vel γένοιτο) καὶ κοινωνία πρὸς ἄλληλα. δύο γάρ τινα καλῶς συνίστασθαι τρίτου χωρὶς, ἀδύνατον. — ἀπὸ δυάδος ἄρα προῆλθεν ἐπὶ τριάδα τὸ πᾶν. ἤρξατο μὲν γὰρ ἀπὸ δυάδος, ὅτι πᾶσα γένεσις οἰκείως ἔχει πρὸς ταύτην τὴν ἀρχήν. ὡς γὰρ ἑτερότης καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος, τοῖς γενητοῖς προσήκει πράγμασι, προῆλθε δὲ ἄχρι τριάδος, τό γε νῦν διὰ τὸν δεσμόν. πάλιν οὖν γῆς καὶ πυρὸς μέσον τι ληπτέον, τρίτον ἀμφοῖν συναγωγόν. καὶ ἔστω τοῦτο τὸ ὑγρὸν παραδείγματος χάριν, ὃ καὶ ἀέρι κοινόν ἐστι

53) ad Timaeum lib. 3. p. 144.

Digitized by Google

„per litem. Amplius dominari ipsa vicissim „dicens, causam non dicit transmutationis „principiorum. Sed neque omnia corrumpere „dicemus Empedoclem: non enim indiget hu„iuscemodi ad se ipsum concordia: sed quem„admodum et alios Pythagoricos, sic et ipsum „nosse has quidem intelligibiles substantias, „illas vero sensibiles, neque corruptiuum qui„dem supponere litem esse principium, solam „vero amicitiam effectiuum, nec causam ap„parentis ipsorum dominii vicissitudinarii si„luisse: sed et Pythagoricum quidem existen„tem et Orphicum supponere quidem post „vnum vniuersorum principium, de quo nec „ipse, nec Parmenides, nec Pythagoras iube„bant sibi ipsis rationes deponi, haec duo „plura principia, amicitiam et litem, quas Py„thagorici vnitatem et dualitatem nominabant, „interminatam ipsam vocantes, ob potentiam „in vniuersum occupantem. Ex his vero prin„cipiis et intelligibilem mundum emergere, et „sensibilem. In intelligibili igitur, appellato „Sphaero, secundum actionem dominari ami„citiam propter vnionem immaterialium et di„uinarum substantiarum: (eodem modo esse „videtur vniuersa generatio) in sensibili vero „litem.“ Item [21]): „nec Empedocles recte „accusatus est nunc (forte autem nec alias), „tanquam mistum ipsum corrumpens per litem.

21) ibid. 13, p. 117. b.

Digitized by Google

„neque enim lis est corruptiua: ipsa quippe „est quae mundum facit: neque Sphaerus vn„quam dissoluitur apud ipsum, nisi quis ver„bis incumbens, quae in tota sua theologia „proponit, ab intellectu viri semoueatur. Sed „est lis quidem apud ipsum multitudinis et „alteritatis generatiua, amicitia vero identita„tis et vnionis. Idcirco et dominatur in in„tellectibus (leg. intelligibilibus) — amicitia „ipsa, in sensibilibus vero lis. Nam ex vtra„que parte vnum est et multitudo, sed alicubi „quidem vnum, alicubi multitudo domina„tur.“ *Alexander Aphrodisius* [22]): „Empedo„cles in mentione mouentium principiorum, „h. e. amicitiae ac discordiae, labitur. Neque „enim satis liquet, duone an vnum has esse „principium per ipsum sit statuendum, quan„doquidem amicitia discordiae muneribus fun„gi videtur, cum, quae per se tota sunt, dis„societ discernatque, vt concernat efficiatque „corpus vnum. Quin et discordia per ipsum „non solum discernit, sed, quae similia inter „se sunt, concernit, cogitque eadem ex vni„tate seiungens, prorsus vt neutrum altero „magis sit per ipsum oppositorum efficiens.“ *Iohannes Philoponus* [23]): ἐπεὶ δὲ ὁ Ἐμπεδο-

22) ad *Aristot.* metaph. p. 30. qui idem multa hanc in rem disputat p. 95. Cf. p. 16.

23) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, p. 59 a. Cf. ad *Aristot.* metaph. 1, fol. 2. b. et 3, fol. 10. b.

Digitized by Google

κλῆς θεὸν καλῶν τὸν σφαῖρον, τὴν μὲν φιλίαν ἐπαινεῖ ὡς αἰτίαν τούτου τῇ πάντων συγκρίσει, τὸ δὲ νεῖκος ψέγει ὡς διακριτικὸν τοῦ θεοῦ, — ὁ Ἀριστοτέλης εἰς τοὐναντίον περιτρέπει τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὅτι μᾶλλον διακρίσεως ἐστὶν αἴτιον καθ' αὑτὸν ἡ φιλία. εἰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων ὁ σφαῖρος γέγονεν, οὐ δήπου μενόντων ὡς ἔχουσι φύσεως, οὐκοῦν διέκρινεν ἀπ' αὐτῶν τὰς ἕκαστον (leg. ἑκάστου vel ἑκάστων) πρὸ τοῦ σφαίρου χαρακτηριζούσας ποιότητας ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων αὐταῖς. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἓν εἶδος ἐλάμβανε πάντα τὸ τοῦ σφαίρου. εἰ οὖν διάκρισις ἐστὶν ὁ τοῦ εἴδους ἀπὸ τῆς ὕλης χωρισμὸς, τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡ φιλία, διακρίσεως ἄρα μᾶλλον ἐστὶν αἰτία. — μήποτε δὲ τοῦτο εἶπεν, δηλῶν ὡς οὐ μᾶλλον ἐπαινετὴ ἡ φιλία ὡς ποιοῦσα τὸν σφαῖρον θεὸν ὄντα, ὡς ψεκτὴ διακρίνουσα τὰ στοιχεῖα καὶ φθείρουσα. θεοὶ γὰρ καὶ ταῦτα. — εἰ μὴ ἄρα, φησὶν (Aristoteles), αὐτοκίνησίς ἐστιν ἡ φιλία, καὶ τὸ νεῖκος ὁμοίως. ἀλλ' οὐ τοῦτο φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλὰ κινήσεως αἴτια τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν.

Quamuis autem ex his iam appareat, haec duo principia sibi inuicem aduersari, tamen

Digitized by Google

nonnulla alia hic ponere liceat. *Aristoteles* [24]): *Ἐμπεδοκλῆς — παρὰ τοὺς πρότερον, πρῶτος ταύτην τὴν αἰτίαν διελὼν εἰσήνεγκεν, οὐ μίαν ποιήσας τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἀλλ' ἑτέρας τε καὶ ἐναντίας.* *Plutarchus* [25]): *ὥσπερ ἐν τοῖς Ἐμπεδοκλέους στοιχείοις, διὰ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν ἔνεστι διαφορὰ πρὸς ἄλληλα καὶ πόλεμος, μᾶλλον δὲ τοῖς ἀλλήλων ἁπτομένοις καὶ πελάζουσιν.* *Tertullianus* [26]): „philosophi ex contrariis vniuersa constare condicunt, secundum amicitiam „et inimicitiam Empedoclis." *Simplicius* [27]): *Ἐμπεδοκλεῖ, τὰς αὐτὰς αἰτίας ὡρισμένας λέγοντι, ἐναντίας γε μὴν, τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς, τὸ νεῖκος δηλονότι καὶ τὴν φιλίαν. εἰ γὰρ ἀεὶ τὰ αὐτὰ αἴτια ὡρισμένα, καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη, δηλονότι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄφθαρτα ὄντα, καὶ τὴν τάξιν τὴν ἀφ' ἑκατέρου γινομένην ὡρισμένην ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄλλοτε ἄλλην.* *Philoponus* [28]): „Empedocles — rixam et amicitiam ponebat contrarias omnium causas."

24) metaph. 1, 4.

25) in Demetrio c. 5. T. 1. opp. p. 890. ed. *Wechel.*

26) de anima c. 8.

27) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. b.

28) ad *Aristot.* metaph. 1, p. 2. b. Cf. *Athenagoras* p. 27. A.

Digitized by Google

Fortassis etiam huc pertinere putandus est ille *Plutarchi* locus, quem attuli ad §. 9. n. 93. b.

Ex hac istorum duorum principiorum inter se contentione et aduersitate interitum mundi deriuasse dicitur Empedocles. *Stobaeus* [29]): *Ἐμπεδοκλῆς τὸν κόσμον φθείρεσθαι κατὰ τὴν ἀντεπικράτειαν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας.* Vbi tamen vix dubito, quin legendum sit *τὸν κόσμον γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι* etc. Quod quo melius perspiciatur, videndum est, quid Empedocles tribuisse legatur his principiis, vel singulis, vel coniunctis. Primo igitur perhibentur ea omnis motus causae existimatae fuisse ab Empedocle. *Aristotelis* verba huc spectantia habes paulo ante [30]). *Philoponus* autem [31]), „Empedocles, inquit, amici„tiam dixit et rixam, quae sunt actu causae „motus.“ Deinde eadem vocantur causae efficientes. *Simplicius* [32]): *Ἐμπεδοκλῆς — ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος.* Et alio loco [33]): *οἱ ἀρχαῖοι φυσικοὶ περὶ τὴν τοῦ ἑτέρου ζήτησιν διέτριβον τοῦ κατὰ τὴν*

29) eclog. phys. P I. p. 416.
30) ad n. 24. Cf. alii loci passim allati, v. c. ad n. 7.
31) ad *Aristot.* metaph. 12, fol. 50. b.
32) ad *Aristot.* phys. 1, p. 7. b.
33) ibid. 2, p. 66. b.

Digitized by Google

ὕλην, ἐπὶ σμικρὸν τοῦ Ἐμπεδοκλέους καὶ τοῦ Δημοκρίτου τῆς κατὰ τὸ εἶδος φύσεως ἁψαμένων. Ἐμπεδοκλῆς μὲν τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν ὡς εἰδοποιοὺς αἰτίας ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀποθέμενος. *Philoponus* eadem dicit paulo luculentius [34]): τῆς μὲν ὕλης πολὺ ἐφρόντισαν πάντες οἱ παλαιοί· τοῦ δὲ εἴδους οἱ μὲν οὐδένα ἐποιήσαντο λόγον, ὅσοι δὲ καὶ ἐμνήσθησαν εἰδικοῦ αἰτίου, ἐπὶ βραχὺ τούτου ἐφρόντισαν. οὗτοι δέ εἰσι Δημόκριτός τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς. — Ἐμπεδοκλῆς τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν εἰδοποιοὺς αἰτίας τῶν ὄντων ἔλεγεν. εἰ γὰρ καὶ ποιητικὰς ἐλάμβανον αἰτίας τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, ἀλλ' οὖν εἰδοποιεῖσθαι δι' αὐτῶν τόν τε σφαῖρον διὰ τῆς φιλίας, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον διὰ τοῦ νείκους. ὥστε ποιητικὸν αἴτιον λέγοντες, οὐ πάντη τοῦ εἴδους ἠμέλησαν. ποιοῦσι γὰρ ταῦτα οὐ τὰ εἴδη, ἀλλὰ τὴν ὕλην. Similes alii loci sunt supra. Verum non ambo principia simul operari putasse traditur Empedocles. *Simplicius* [35]): Ἐμπεδο-

34) ad *Aristot.* phys. 2. F, 12. Cf. ad *Aristot.* metaph. 1. fol. 4. a. vbi formalem causam a nemine clare redditam esse dicit. it. fol. 4. b. et *Alexander Aphrodis.* ad *Aristot.* metaph. p. 13. et *Themist.* ad phys. auscult. 2, p. 24. b.

35) ad *Aristot.* phys. 1, p. 33. a.

Digitized by Google

κλῆς πλείους κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς ἔθετο, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἓν δὲ τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ὅτι παρὰ μέρος ἑκάτερον αὐτῶν ἐπικρατεῖ καὶ ποιεῖ, καὶ οὐχ ἅμα ἄμφω. ἀεὶ γὰρ αὐτῷ οὕτως ἓν τὸ ποιοῦν γίνεται. ἢ οὐχὶ τὸ ποιητικὸν αὐτοὺς (np. Empedoclem et Anaxagoram) ἓν λέγειν ῥητέον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ μίγμα, ὃ ἦν — κατὰ Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ποτὲ μὲν συγκρινομένων ὑπὸ τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ διακρινομένων ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ ποιούντων τόνδε τὸν κόσμον. Item [36]): Ἐμπεδοκλῆς, ἐξ ἀϊδίου λέγων ἀνὰ μέρος τὴν ἐπικράτειαν γίνεσθαι ποτὲ μὲν τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ τοῦ νείκους, δῆλός ἐστιν ἄϊδιον τὸν χρόνον οἰόμενος. εἰ δὲ ὁ χρόνος ἄϊδιος, καὶ ἡ κίνησις. Huc eodem referri potest, quod *Claudianus* [37]) de Empedocle dicit:

„Alter in Aetnaeas casurus sponte faullas
„Dispergit reuocatque deum, rursusque receptis
„Nectit amicitiis, quicquid discordia soluit."

Sed quanquam duo ista principia vocantur causae rerum omnino omnium efficientes, et

36) ibid. 8, p. 265. a. Cf. ad *Aristot.* de coelo 2, p. 128. a. et *Philoponus* ad *Aristot.* phys. auscult. 1. C, 2.

37) de consulatu Mallii Theod. v. 72. sqq.

Digitized by Google

quanquam ab *Iohanne Philopono* [38]) τῷ λόγῳ μᾶλλον γνωριμώτερα ἢ τῇ αἰσθήσει, atque ἀσώματοι φύσεις Empedocli visa esse dicuntur, quo etiam pertinet locus quidam *Plotini* [39]): tamen ea reuera ad materiam pertinere docent veterum multi, vt *Themistius* [40]): „Absurde Empedocles censet. Bonum enim „ipsum concordiam ponit esse: hoc autem „principium est, et vt mouens (congregat „enim), et, vt sonant eius verba, *est vt ma-*„*teries.* Est enim pars eius quod congrestum „(leg. congestum) est. Quod si eidem acci-„dit, vt sit principium, vt mouens atque ma-„teries: tamen ipsum esse non erit idem. — „Absurdum est etiam censere, discordiam non „subire corruptionem; ita vt haec natura sit „ipsius necessarii natura." *Iohannes Philoponus* [41]): „Accusat (Aristoteles) Empedoclem, „absurdum principium amicitiam ponentem, „et vt collectiuum, Sphaerum efficiens, vt

38) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1, D, 1. et 2. et de anima C, 5. (fol. 19. a.)

39) Ennead. 5. lib. 1. c. 9. τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία τὸ ἕν. ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο (np. τίθεται). τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. Vbi pro τὸ ἓν legendum est ἑνοῖ, vel ποιεῖ ἓν, vel τὸ διαιρεθὲν ἑνοῖ.

40) paraphras. in duodecimum librum *Aristot.* de prima philosophia p. 24. Sed sunt fere verba ipsius *Aristotelis* metaph. 12, 10. v. infra ad n. 55.

41) ad *Aristot.* metaphys. 12. fol. 53. a.

Digitized by Google

„vero partem Sphaeri, materiam. Hoc ponens, „inquit, et si concedamus, amicitiam subie„ctum esse, et vt materiam, et vt mouens, „at ratione different omnino. Si vero hoc, „vtrum quia mouet, est amicitia, vel quia est „materia. Oportuit ergo dicere, secundum „quid haec amicitia sit.“ Item [42]): ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι καὶ μὴν Ἀναξαγόρας μὲν νοῦν ὑπετίθετο αἴτιον τῶν γινομένων, νεῖκος δὲ καὶ φιλίαν Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὐχ ἁπλῶς τοῖς ὑλικοῖς αἰτίοις τὸ πᾶν ἀπέδοσαν, διὰ τοῦτο φησὶν (Aristoteles), ὅτι εἰ καὶ αἰτίας ποιητικάς τινες ὑπετίθεντο, ἀλλ' ὅσον ἅψασθαι τούτων μεμνημένοι μόνον, ἐν τῇ γενέσει τῶν κατὰ μέρος οὐκέτι ταύτας ᾐτιῶντο, ἀλλ' εἰς τὴν παρ' ἑαυτῶν ὕλην ἕκαστος κατεφέρετο, ὁ μὲν τὰς ὁμοιομερείας αἰτιώμενος, ὁ δὲ ψυχρὸν καὶ θερμόν. Non tamen dissimulandum est, aliter sentire videri *Alexandrum Aphrodisiensem*, vbi scribit [43]): „Dis„cordia et amicitia per Empedoclem elementa „sunt, et in elementis habentur, non tamen „vt materia.“ Sed quomodo intelligi haec verba debeant, ipse *Alexander* docet alio loco [44]): „Empedoclem taxat (Aristoteles), qui

42) ad *Aristot.* phys. 2, 8. H, 13. Potest etiam huc referri *Alexander Aphrodis.* ad *Aristot.* metaphys. p. 13.

43) ad *Aristot.* metaphys. p. 27.

44) ibid. p. 400.

Digitized by Google

„amicitiam incommode principium esse sta„tuebat. Nam cum amicitiam coactricem ef„fectricemque Sphaeri vocat, hanc efficientem „causam statuere videtur. Rursus materialem, „cum eandem mixturae Sphaerique partem „esse facit.“ Videntur ergo amicitia et discordia interdum pro efficientibus causis haberi posse, interdum pro materialibus.

Inde forsan explicari potest, quod haec duo principia mox dicuntur ψυχαὶ esse, mox non esse. *Simplicius* [45]): Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων αὐτὴν (np. τὴν ψυχὴν) ὑφιστάνειν στοιχείων, καὶ ἐκ τῶν δύο κινητικῶν ἀρχῶν, φιλίας τε καὶ νείκους, οὐ μόνον τὸ ἐκ πασῶν μίγμα ψυχὴν λέγοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκάστην ἀρχὴν γνωστικὴν οὖσαν τοῦ ὁμοίου. τὸ γὰρ γνωστικὸν ὁτουοῦν, ψυχὴν εἶναι. *Philoponus* [46]): Ἐμπεδοκλῆς — ἕκαστον (np. στοιχεῖον) ψυχὴν ἔλεγεν εἶναι. ἔτι δὲ καὶ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Contra vero dicit idem *Simplicius* [47]): Ἐμπεδοκλέα, φιλίαν καὶ νεῖκος, ἀλλ' οὐ ψυχὰς λέγοντα τὰ κινοῦντα.

Eadem principia interdum nominantur casus fortuitus siue fortuna, interdum fatum

45) ad *Aristot.* de anima 1, p. 6. b.
46) ibid. C, 1. (p. 17.)
47) ibid. p. 5. b.

Digitized by Google

siue necessitas. *Iohannes Philoponus* [48]): *οὐδὲ ἐκείνων γέ τι ᾤοντο (οἱ ἀρχαῖοι) εἶναι τὴν τύχην, ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι διηλέχθησαν περὶ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου. τὴν γὰρ φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ νεῖκος ταῦτα εἶναι ᾤετο.* *Plutarchus* vero [49]): *πειθοῖ μεμιγμένην ἀνάγκην, ἣν εἱμαρμένην οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος.* Et *Cicero* [50]): „cum duae sententiae „fuissent veterum philosophorum, vna eorum, „qui censerent omnia ita fato fieri, vt id „fatum vim necessitatis afferret, in qua sen„tentia Democritus, Heraclitus, Empedocles, „Aristoteles fuit."

Vt autem rectius procedat oratio, singulatim quid vtrique suo principio tribuisse dicatur Empedocles, videndum est. *Plutarchus* quidem [51]) satis modeste dicit: *παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν, ὡς τὸ μὲν πῦρ νεῖκος οὐλόμενον, σχεδύνην* [52]) *δὲ φιλότητα τὸ ὑγρὸν ἑκάστοτε προσαγορεύων.* Et potest vera videri *Plutarchi* traditio, si comparaueris,

48) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 2. G, 10.

49) de animae procreatione T. II. opp. p. 1026. B.

50) de fato c. 17. Similes locos iam supra attuli §. 9. ad n. 93. b. sqq. p. 168 — 170.

51) de primo frigido T. II. p. 952. B.

52) Vix est vera lectio. Patet autem, idem esse, quod *σχετικήν.*

Digitized by Google

quae his verbis praemisit: ὅλως τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικὸν, τὸ δὲ ὕδωρ κολλητικὸν καὶ σχετικὸν, τῇ ὑγρότητι συνέχον καὶ πῆττον. Et verba *Procli* [53]): ἐπειδὴ ἔδει τὸν κόσμον ὄντα γενητὸν, ὁρατὸν εἶναι καὶ ἁπτὸν, δεδέηται πυρὸς καὶ γῆς. διότι μὲν ὁρατὸς, πυρός· — διότι δὲ ἁπτὸς, γῆς. — ἔστω οὖν δύο ταῦτα στοιχεῖα, πρῶτον ἡμῖν ἐν τῷ παντὶ κείμενα, καὶ ἐναντία ἀλλήλοις. — τούτων οὖν οὕτως ἀντιδιηρημένων, — οὐκ ἔσται μία διακόσμησις, οὐδὲ εἷς κόσμος, εἰ μὴ δεσμὸς αὐτοῖς ἐγένοιτο (leg. ἐγένετο vel γένοιτο) καὶ κοινωνία πρὸς ἄλληλα. δύο γάρ τινα καλῶς συνίστασθαι τρίτου χωρὶς, ἀδύνατον. — ἀπὸ δυάδος ἄρα προῆλθεν ἐπὶ τριάδα τὸ πᾶν. ἤρξατο μὲν γὰρ ἀπὸ δυάδος, ὅτι πᾶσα γένεσις οἰκείως ἔχει πρὸς ταύτην τὴν ἀρχήν. ὡς γὰρ ἑτερότης καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος, τοῖς γενητοῖς προσήκει πράγμασι, προῆλθε δὲ ἄχρι τριάδος, τό γε νῦν διὰ τὸν δεσμόν. πάλιν οὖν γῆς καὶ πυρὸς μέσον τι ληπτέον, τρίτον ἀμφοῖν συναγωγόν. καὶ ἔστω τοῦτο τὸ ὑγρὸν παραδείγματος χάριν, ὃ καὶ ἀέρι κοινόν ἐστι

53) ad Timaeum lib. 3. p. 144.

Digitized by Google

καὶ ὕδατι. τοῦ (leg. τοῦτο) γὰρ συνεκτικὸν μέν ἐστι τῆς γῆς καὶ συγκολλῶν αὐτὴν, καὶ συνέχον διαπεφυρμένην, ὑποκείμενον δὲ τῷ πυρὶ, τροφὴν αὐτῷ παρέχεται καὶ διαμονήν. Saepe vero φιλίαν dicitur Empedocles bonorum principium putauisse, vt νεῖκος malorum. *Aristoteles* quidem [54]) ita exponit istam sententiam: εἴ τις ἀκολουθοίη, καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ πρὸς ἃ ψελλίζεται λέγων (h. e. nugatur, absurde loquitur) Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν φιλίαν εἶναι τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν. ὥστ' εἴ τις φαίη τρόπον τινὰ καὶ λέγειν, καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα, τάχ' ἂν λέγοι καλῶς. Satis ex his perspicitur, non Empedoclem ipsum diserte ita statuisse, sed tantum Aristoteli id ex reliquis Empedoclis placitis colligi posse visum esse. Audacius tamen alio loco [55]) pronunciat *Aristoteles*: ἀτόπως Ἐμπεδοκλῆς τὴν φιλίαν ποιεῖ τὸ ἀγαθὸν — ἄτοπον δὲ καὶ, τὸ ἄφθαρτον εἶναι τὸ νεῖκος. τοῦτο δ' ἐστὶν αὐτὸ ἡ τοῦ κακοῦ φύσις. Item *Plutarchus* [56]): Ἐμπεδο-

54) metaphys. 1, 4. Cf. *Alexander Aphrodis.* ad h. l. p. 15. et *Bayle* dictionaire T. IV. p. 522. not. I.

55) metaphys 12, 10.

56) de Iside et Osiride T. II. p. 370. D. (T. IX. p. 170.

Digitized by Google

κλῆς τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν, φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν, τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. *Alexander Aphrodisiensis* [57]): „Empedocles non solum boni, „sed mali etiam causa vsus est per efficientis „causae participationem." Item [58]): „Si amicitia, vt Empedocli placet, bonum est, profecto discordia malum erit." *Iohannes Philoponus* [59]): „Empedocles ipso bene et male „vsus est, diuidens in duo efficientem causam, bene dicebat." *Item* [60]): „dicens, „quod etiam dixit Empedocles primus, malum „et bonum principia, etiamsi non clare, at „forte dixit recte. quia rixam et amicitiam „ponebat contrarias omnium causas. Et cum „bonorum causa bona sit, et malorum mala, „cernimus autem in natura et bonum et malum, is qui dixit contrarias efficientes causas omnium, tale quippiam subintellexit. „Sed quia rixa non est causa bonorum, cum „mundum efficit, sed amicitia, quae Sphaerum et confusionem constituit, vel ad res

ed. *Hutten.*) quem locum ita exscripsi, vt emendatus est a *Bentleio* in opusculis philologicis p. 516. ed. Lips. 1781. 8. Nam perperam editum erat Ἁρμονίαν καλεῖσθαι μέροτι.

57) ad *Aristot.* metaphys. p. 27.

58) ibid. p. 400.

59) ad *Aristot.* metaphys. 1. fol. 4. a.

60) ibid. fol. 2. b. Cf. ad lib. 12. fol. 53. a.

Digitized by Google

„quae hic sunt respiciens dixit: Hic enim „rixa confundit, amicitia nequaquam.“ Speciatim de φιλίᾳ id dicit *Aristoteles* [61]), vbi Empedoclem ait τὴν φιλίαν elementum fecisse, dum τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον poneret. Et *Alexander Aphrodisiensis* [62]): „Anaxagoras, qui mentem afferebat, et Em„pedocles, qui amicitiam, haec bona esse „statuebant, et bonorum efficientes causas. „non tamen res ipsorum gratia fieri, sed „haec ipsa bonorum efficientia sunt per istos.“ De νείκει autem *Syrianus* [63]): „Omnia par„ticipabunt malo praeter alterum principio„rum, vt Empedocles, omnia participare lite „visa sunt praeter ipsam amicitiam.“ Iam facile apparet, quomodo fieri potuerit, vt Empedocles putaretur Manichaeorum quodammodo parens fuisse. *Georgius Cedrenus* [64]) et *Suidas* [65]): *Μάνης — τὴν Ἐμπεδοκλέους ἠγάπησεν αἵρεσιν, δύο ἀρχὰς λέγοντος, ἀντικειμένας ἀλλήλαις, νεῖκος καὶ φιλίαν.* Et sane, si *Aristoteles*, qui saltem in altero

61) metaphys. 14, 4. Cf. *Pherecyd.* p. 58.

62) ad *Aristot.* metaphys. p. 28. Cf. *Themistii* verba ad n. 40. allata.

63) ad *Aristot.* metaph. 13. fol. 115. b.

64) T. I. p. 259. D.

65) in v. *Μάνης.* Cf. *Lescaloperius* in loco supra laudato §. 9. ad n. 84. p. 161. qui et ipse Manetem cum Empedocle confert.

Digitized by Google

loco dubitanter loquitur, aliique, quorum verba attuli, scriptores antiqui mentem Empedoclis recte ceperunt, et si Manichaeismus in eo inest, vt, qui Manichaeus dicendus sit, statuat duo aeterna et sibi inuicem aduersantia principia, quorum alterum bonum, alterum malum sit, potest Empedocles, vt alii veterum poetarum et philosophorum plures [66]), auctor Manichaeismi recte existimari. Secus est, si quis Manichaeismi naturam in eo ponat, vt duplices deos sibi inuicem contrarios statuat. Quamuis enim Empedocles quoque duo sua principia deos nominasse videatur, vt paulo post docebitur, reuera tamen ea non nisi pro viribus naturae habenda esse facile intelliget, quicunque totum eius opinionum nexum perspexerit atque perpenderit. Et ne Manetis quidem deos, si ex ea, quam nos hodie dei nomini subiicimus, notione iudicaueris, pro veris diis esse habendos, demonstrari facile videtur posse [67]).

Supra §. 9. duce *Aristotele* ostendi, Amicitiam a nonnullis putatam fuisse nihil aliud esse quam τὸ ἕν Empedoclis. Sed recte haec duo distinguuntur non solum ab *Aristotele* [68]):

66) v. quos laudat *Bayle* in dictionaire T. III, p. 303. sqq.

67) v. *Tiedemanni* Geist der speculativen Philosophie T. I. p. 262. Cf. Allg. Lit. Zeit. 1792. nr. 321. p. 541.

68) metaph. 2, 1. Alium luculentiorem *Aristotelis* locum habes supra ad n. 19.

Digitized by Google

τὸ πλείστην ἀπορίαν ἔχον, πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὂν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγεν, οὐχ ἕτερόν τί ἐστιν, ἀλλ' οὐσία τῶν ὄντων, ἢ οὔ· ἀλλ' ἕτερόν τι τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι φιλίαν. Sed etiam ab aliis, vt a *Simplicio* [69]): δι' ἣν (np. φιλίαν) πάντα ἓν γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς φησιν. Item [70]): Ἐμπεδοκλῆς φιλίαν καὶ νεῖκος λέγων ἐκ μέρους κρατοῦντα, τὴν μὲν συγκρίνειν πάντα εἰς ἕν καὶ φθείρειν τὸν τοῦ νείκους κόσμον, καὶ ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ σφαῖρον· τὸ δὲ νεῖκος διακρίνειν αὖθις τὰ στοιχεῖα καὶ ποιεῖν τοιοῦτον κόσμον. Et ab *Iohanne Philopono* [71]): „Empe„docles ad notiora ferens haec, dicit: vnum, „ens est. Est vero praeter ipsum vnum ami„citia, vt vniens distantia, quam in maxime „entibus ordinabat." Item [72]): πάλιν δέ φησι (Empedocles), τῆς φιλίας κρατούσης τὰ πάντα ἓν γίγνεσθαι. Ab eodem [73]) φιλία

69) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 144. b.

70) ibid. 1, p. 68. b.

71) ad *Aristot.* metaph. 3, fol. 10. b. Cf. ad lib. 14. fol. 66. a.

72) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, p. 5. a.

73) ad *Aristot.* phys. auscult. 1. A, 10. Totum locum posui §. 11. ad n. 78. Sic *Olympiodorus* in scholiis MSS. ad *Plat.* Gorg. quae ornant bibliothecam episcopalem Cizensem, p. 77. ἡ γὰρ κοινωνία φιλία τίς ἐστιν, ἡ δὲ φιλία,

Digitized by Google

Empedoclis vocatur non solum ταυτοποιὸς δύναμις, sed etiam ἑνοποιός. Similiter eadem a *Sexto Empirico* [74]) nominatur συναγωγὸς αἰτία, a *Simplicio* [75]) συναγωγὸς τῶν ὑποκειμένων στοιχείων, non τοῦ νείκους, item [76]) αἰτία τῆς μίξεως, et a *Philopono* [77]) αἰτία τῆς κράσεως τῶν στοιχείων. Sic *Simplicius* alio loco [78]), ἐπισημαίνεται, inquit, καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, ὡς μὴ σαφῶς διορίζοντι τὸ ἐπιγινόμενον τῆς ζωῆς εἶδος, ἀπὸ τοῦ ὑπεστρωμένου αὐτῇ τῆς μίξεως τῶν στοιχείων λόγου, καὶ ὡς οὐδὲ αὐτὴν τὴν φιλίαν διαρθροῦντι, πότερον μόνης ἐστὶ τῆς κατὰ λόγον μίξεως αἰτία, ἢ καὶ τῆς τυχούσης. Referri etiam huc possunt verba *Clementis Alexandrini* [79]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ φιλίαν συγκαταριθμεῖται, συγκρι-

ὡς οἱ σοφοί φασι, ὅ ἐστιν οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, φάσκων, τὴν φιλίαν ἑνοῦν τὸν σφαῖρον, ἑνοποιός ἐστιν. In Scholiis a *Ruhnkenio* editis p. 129. vbi pene eadem leguntur, rectius extat ἑνοποιὸν εἶναι.

74) aduers. Mathemati. 9, 10.

75) ad *Aristot.* phys. 1, p. 43. b.

76) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 144. b.

77) ad *Aristot.* de anima 1. E, 4. (p. 34. b.) Cf. *Themist.* paraphras. in libb. *Aristot.* de coelo 3, 2. text. 25. fol. 45.

78) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 15. a.

79) stromm. 5, p. 552. C.

Digitized by Google

τικήν τινα ἀγάπην νοῶν. Et *Athenagorae* [80]): ἀρχικὸν ἡ φιλία, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ἀρχόμενα τὰ συγκρίματα.

Ex his intelligi potest comparatio φιλίας Empedocleae cum διανοίᾳ, quam inculcant *Philoponus* [81]): ὁ μὲν νοῦς ὡς συνεχὲς καὶ ἓν οἶδεν, ᾗ οἶδεν· ἡ δὲ διάνοια ὡς συντιθέμενον ἐκ πολλῶν αὐτὸ οἶδεν, οἷον ἐπὶ θύρας. αὕτη γὰρ ἐκ πολλῶν ἐστι ξύλων. καὶ ἔοικεν ἡ διάνοια τῇ Ἐμπεδοκλείῳ φιλίᾳ, ἥτις συνετίθει τὰ ἐκ τοῦ νείκους διηρημένα. Item [82]): τὸ ὡς κυρίως ἓν εἰδέναι, τοῦ νοῦ ἐστι· ἀλλ' ὡς ἐν παραθέσει ἓν οἶδεν αὐτὴν (scil. τὴν σύνθεσιν) ἡ διάνοια. διὸ καὶ τῇ φιλίᾳ Ἐμπεδοκλέους κοινωνεῖ, καθὸ καὶ ἐκείνη ἐν παραθέσει ἑνοῖ καὶ οὐ κυρίως. Et *Themistius* [83]): ὁ δυνάμει νοῦς, ὅταν ἀπολάβῃ τὴν οἰκείαν μορφὴν, ἐλλάμψαντος αὐτῷ τοῦ ποιητικοῦ, πρῶτον μὲν νοεῖ τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀδιαίρετα σημαινόμενα, ὅσα ἐν ταῖς κατηγορίαις διώρισται, ἐν οἷς οὔπω τὸ ἀληθὲς ἢ τὸ ψεῦδός ἐστι. προϊὼν δὲ καὶ συντίθησιν αὐτὰ πρὸς ἄλληλα, οἷον τὸ Σω-

80) legat. pro Christianis p. 22. D.
81) ad *Aristot.* de anima lib. 3. Q. 15. (p. 128. a.)
82) ibid. Q. 16. (p. 128. b.)
83) ad *Aristot.* de anima 3, p. 91. a.

Digitized by Google

κράτης καὶ τὸ βαθίζει, ἐν οἷς ἤδη τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. συντίθησι δὲ, οὐχ ὥσπερ σωρὸν, ἀλλ' ὥστε ἓν αὖθις τὰ πολλὰ ποιῆσαι καὶ περιαγαγεῖν εἰς μίαν νόησιν τὸ πλῆθος τῶν ἁπλῶν σημαινομένων. τοιοῦτο γὰρ τὸ, ὁ Σωκράτης φιλοσοφεῖ. καὶ ἔοικεν αὕτη ἡ σύνθεσις τῶν ἐννοημάτων τῇ παρ' Ἐμπεδοκλεῖ τῶν μελῶν, ἣν ἐκείνῳ συντίθησιν ἡ φιλία τὰ μέλη τῶν ζώων διεσπαρμένα. καὶ ὥσπερ ἐκείνῳ οὐ πᾶσα σύνθεσις τῶν μελῶν ποιεῖ τὸ ζῶον, οὕτως οὐδ' ἐνταῦθα πᾶσα σύνθεσις τὸ ἀληθές. — καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἐξ ἁπλῶν τῶν μελῶν ἁπλοῦν γίνεται αὖθις τὸ ζῶον, οὕτως ἐξ ἁπλῶν σημαινομένων ἁπλοῦς αὖθις γίνεται ὁ λόγος.

Num vero pro dea habuerit Empedocles amicitiam, dubitatum iam olim videtur. Quamuis enim e verbis *Aristotelis* §. 9. ad n. 210. laudatis colligi possit, etiam τὴν φιλίαν et τὸ νεῖκος Empedocli deos fuisse: tamen *Iohannes Philoponus* [84]) ita disserit, vt, an φιλία sit dea, dubium sit, de discordia vero dea prorsus nihil dicatur. Verba *Philoponi* sunt: εἰ διὰ τοῦτο,

γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν,

84) ad *Aristot.* de anima lib. 1. F, 2. et 3. (p. 41. b. et 42. a.)

Digitized by Google

διότι τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου γνωρίζεται, ἔδει τὰ μᾶλλον ἐγγίζοντα τῇ γῇ μᾶλλον αὐτὴν γινώσκειν. νῦν δὲ τοὐναντίον ἐστί. τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν, τὰ μᾶλλον γῆς μετέχοντα, τρίχες καὶ ὀστᾶ καὶ ὄνυχες, παντελῶς ἐστιν ἀναίσθητα. — εἰ γὰρ

γαίῃ μὲν γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,

ἑκάστη ἄρα τῶν ἀρχῶν ἓν γνωρίζουσα, πλείονα ἀγνοήσει. ὥστε ἂν ἀγνωσίας μᾶλλον ἢ γνώσεως αἴτια τὰ στοιχεῖα. — καὶ τοῦτο, φησὶν (Aristoteles), ἄτοπον τῇ Ἐμπεδοκλέους ἕπεται δόξῃ, ὅτι θεὸς αὐτῷ ἀφρονέστερος τῶν θνητῶν συγκριμάτων ἔσται. συγκειμένων γὰρ πάντων ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας, καὶ διὰ τοῦτο πάντα γινωσκόντων τῷ ἔχειν τὰς ἀρχὰς πάντων, ὁ σφαῖρος, ὃν θεὸν λέγει, οὐ μετέχων τοῦ νείκους, οὐ γινώσκει αὐτό· οὗτος γὰρ γίνεται αὐτῷ, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῆς φιλίας· τὰ δὲ θνητά, ἐκ πάντων ὄντα τῶν στοιχείων, πάντα γνωριεῖ. — τινὲς δὲ ἐπὶ τῆς φιλίας τὸν θεὸν ἐξέλαβον, ὅτι ὁ θεὸς, ὃν φησιν, (οὗτος δέ ἐστιν αὐτῷ ἡ φιλία) τὸ νεῖκος ἅτε ἐναντίον ὂν οὐ γνωριεῖ. ὥστε ἀφρονέστατος ἔσται τῶν συνθέτων ἐκείνων,

Digitized by Google

καὶ τοῦτο γινωσκόντων. Negari tamen non potest, φιλίαν siue φιλότητα ab Empedocle nominatam fuisse diuino nomine Ἀφροδίτην [85]), et Ζείδωρον Ἀφροδίτην [86]), et Κύπριν [87]). Quod autem supra §. 9. ex Auctore vitae Homeri [88]) docuimus, τὸ Νεῖκος esse Martem vocatum, id confirmatur his verbis *Eustathii* [89]): οἱ μὲν εἰς νεῖκος καὶ φιλίαν ἠλληγόρησαν τὰ τοιαῦτα (np. τὸ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν μὲν Ἥφαιστον ὡς ὁμευνέτην συνεῖναι, τὸν δὲ Ἄρην μυθικῶς ὁμιλεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς)· ἅπερ Ἐμπεδοκλῆς ἐδόξαζεν ὡς τῷ παντὶ λυσιτελοῦντα εἰς γένεσιν. ὧν, τῆς φιλίας μὲν σύμβολον, ἡ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἄρεος μίξις, ποιούντων ἅπερ αὐτοῖς φίλα· τοῦ δὲ νείκους, ἡ ἐκ θερμοῦ λύσις αὐτῶν. ἧς τό τε ἄλλο θερμὸν αἴτιον, ὃ διὰ τοῦ Ἡφαίστου ἐμφαίνεται, καὶ ὁ Ἥλιος οὐ μισῶν τὴν Ἀφροδίτην, ἀλλὰ χαίρων τῇ τοιαύτῃ λύσει, ὡς αἰτίᾳ οὕτω γενέσεως. Et

85) v. *Plutarch.* de facie in orbe lunae T. II. p. 927. A. et *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 2, p. 129. a. et supra §. 9. ad n. 199. p. 210.

86) v. *Plutarch.* amator. T. II. p. 756. E.

87) v. *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 2, p. 129. a.

88) p. 328. ed. *Gale*, p. 193. ed. *Ernest.* Totum locum attuli infra ad n. 131. p. 254.

89) ad *Homer.* Odyss. 9, p. 1597, 53.

Digitized by Google

multo magis *Heraclidis* [90]): *τὰ Σικελικὰ δόγματα καὶ τὴν Ἐμπεδόκλειον γνώμην ἔοικεν* (Homerus) *ἀπὸ τούτων* [91]) *βεβαιοῦν, Ἄρην μὲν ὀνομάσας τὸ νεῖκος, τὴν δ' Ἀφροδίτην φιλίαν.*

Quemadmodum autem *φιλίαν* appellari vidimus *ἑνοποιὸν*, ita *νεῖκος* ab eodem *Philopono* [92]) vocatur *ἑτεροποιὸς δύναμις*. Scilicet *τὸ ἕν* Empedocli fuit chaos, vt §. 9. monstratum est. Sicut igitur per amicitiam omnia in vnum colliguntur, h. e. mundo perdito ac dilapso nouum chaos fiunt: ita per discordiam illud vnum discernitur, h. e. chaos perit, et prodit mundus et quae in eo sunt. Praeclare iam *Franciscus Luisinus* [93]) haec explicauit: „Ante, inquiens, quam essent distincta „elementa, omnia in vnum globum ab amici„tia erant congesta, atque confusa, lis demum „ordinem rebus induxit, quo quidem ordine „in suum locum singula abierunt, et quasi „lucem receperunt, quae fuerant ante tenebris „oppressa." Vnde *Hermias* [94]) Empedoclem ita facit ex Aetna clamantem: *τὸ νεῖκος ποιεῖ*

90) allegor. Homeri p. 494. in *Gale* opuscc. mytholog.

91) Intelliguntur ea, quae leguntur Odyss. 9, 267.

92) ad *Aristot.* phys. auscult. 1. A, 10.

93) in Parergis 2, 24. ap. *Gruterum* in Lampade artium liberalium s. thesauro critico T. III. p. 476.

94) irris. philosophor. gentilium p. 177. A.

Digitized by Google

τὰ πάντα. Et a *Cyro Theodoro Prodromo* [95]) Empedocles dicitur τὸ νεῖκος εἰπὼν δημιουργὸν τῶν κάτω [96]). Rem illustrare videtur *Alexander Aphrodisiensis* [97]): „Ne Empedoclem „quidem recte sensisse ait (Aristoteles), licet „is inter naturales auctores sibi maxime con„stare videatur. Aliud namque elementum „causam generationis atque existendi induce„bat, id est, amicitiam: aliud interitus, hoc „est, discordiam. Sed multis in locis discor„dia generationis, interitus vero amicitia per „hunc causa esse videtur. Docet autem, quo„modo Empedocles constantia dicat, et quomo„do rursus difficultatem non effugiat. Empe„docles enim discordiam in principiis habe„bat, quam interitus causam esse tradebat, „propter quam natiua omnia interirent, non „quaedam, et alia secus. Hoc enim est, quod „ad hoc constanter dici videtur, omnia scili„cet nascentia, quae ex eisdem principiis exi„stunt, interire, non alia interire, alia sem„piterna persistere, solis principiis ab interitu „vendicatis, quae quatuor elementa, ac dis-

95) in carmine, quod inscriptum est *Amicitia exulans*, et quod extat ad calcem *Stobaei* ed. 3. *Conr. Gesneri* p. 623. v. 52.

96) Huc referri potest locus *Irenaei* supra §. 9. ad n. 10. p. 138. laudatus. Cf. quae §. 10. p. 219. ex *Aristotele* excripta sunt, it. ad n. 21. e *Syriano* et n. 60. e *Philopono*.

97) ad *Aristot.* metaphys. p. 95. sq.

Digitized by Google

„cordiam et amicitiam hic esse statuebat. Et „sic cur mortalia deleantur, causam relin„quens, consona sibique constantia dicere vi„detur, dum aliam ortus, aliam interitus cau„sam reddit. Qua vero discordiam ipsam ge„nerandi, h. e. generationis etiam, non solum „interitus, causam esse dicit, quemadmodum „amicitiam et interitus, non tantum genera„tionis, (vno enim excepto, quem deum ille „ac Sphaerum vocat, ab amicitia facto, res „omnes a discordia per ipsum efficiuntur —) „hac Empedocles non satis sibi constare vide„tur.“ *Simplicius* [98]): *ὑπὸ τοῦ νείκους, διακρίνοντος τὰ στοιχεῖα, τὸν κόσμον τοῦτον γενέσθαι φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὥσπερ ὑπὸ φιλίας τῆς συμφερούσης καὶ ἑνούσης αὐτὰ τὸν σφαῖρον. — μᾶλλον δὲ βιάζεται* (Aristoteles), *οἰόμενος τὸν κόσμον τοῦτον ὑπὸ μόνου τοῦ νείκους κατὰ Ἐμπεδοκλέα γίνεσθαι. ἴσως δὲ καὶ εἰ ὑπερισχύει ἐν τούτῳ τὸ νεῖκος, ὥσπερ ἐν τῷ σφαίρῳ ἡ φιλία, ἀλλ' ἄμφω ὑπ' ἀμφοῖν λέγει γίνεσθαι.* Et alio loco [99]): *Ἐμπεδοκλῆς συναγαγὼν πρότερον ὑπὸ τῆς φιλίας τὰ στοιχεῖα, ὕστερον ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα τοῦτον τὸν*

98) ad *Aristot.* de coelo 2, p. 128. b.

99) ibid. 3, p. 145. b. Alium eiusdem *Simplicii* locum huc pertinentem dedi supra ad n. 70. p. 236.

Digitized by Google

κόσμον πεποιηκέναι φησίν. — δι' ὃ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, φησὶ (Aristoteles), κατέλιπε τὴν ὑπὸ τῆς φιλίας διάθεσιν τῶν στοιχείων, τουτέστιν, οὐχ ὡς αἴτιον αὐτὴν ἔθηκε τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους διάκρισιν. Putet quis, contradicere his *Aristotelem*, vbi dicit [100]): Ἡράκλειτος — πάντα κατ' ἔριν γίγνεσθαι. ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις, ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. Sed videtur hoc voluisse Aristoteles, Empedoclem non per solam inimicitiam, vt Heraclitum, hunc mundum factum putasse, sed amicitiam quoque adhibuisse [101]). Cum enim Empedocles intellexisset, non perire debere amicitiam aut inimicitiam, nisi desineret mundorum compositio, cumque tamen dixisset, inimicitiam esse causam interitus, qua remota vnum essent omnia: ita se expedire conatus est, vt statueret, tota materia in vnum coeunte inimicitiam occupare vltimos fines, h. e. non amplius in chao versari [102]). Poterant igitur ex Empedoclis opinione etiam nonnulla in hoc mundo oriri οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς φιλίας, ἀλλὰ τότε, ὅτε οὔπω τὸ νεῖκος ἅπαν ὑπεχώρη-

100) ethic. Nicomach. 8, 2.

101) Cf. *Simplicius* ad *Aristot.* phys. auscult. 1, p. 7. b.

102) v. *Aristot.* metaphys. 2, 4.

Digitized by Google

σεν πρὸς τὰ ἔσχατα τελευταῖα τοῦ κύκλου, vt inquit *Simplicius* [103]). Discordiam autem ex Empedoclis sententia esse interitus causam, praeter ea, quae supra [104]) dicta sunt, docent verba *Plutarchi* [105]): ὅρα μὴ — διάλυσίν τινα κόσμου φιλοσοφῇς, καὶ τὸ νεῖκος ἐπάγῃς τὸ Ἐμπεδοκλέους τοῖς πράγμασι. Liceat etiam hic ponere verba *Iohannis Philoponi* [106]): „Non „eadem principia sunt corruptibilium et incor„ruptibilium. Etenim vt ipse (Aristoteles) „videtur dicere, de talibus causis Empedocles „et ipse idem passus est, ita vt dicens nihil „dicat. Ponit enim causam corruptionis, ri„xam. Videntur autem et ipsum (leg. Vide„tur a. et ipsa) generare, extra solum Sphae„rum. — Si enim non erat, vnum erant „omnia, et nunquam elementa gignerentur. „Quando enim conuenient in Sphaerum, con„stituit tunc rixam, vt machinam quandam ad „soluendum eum, et generandum elementa, „per medium vero interponit et circa Sphae„rum." Sed discordiam ipsam interire negasse Empedoclem cum antea passim demonstrauerim [107]), tum ex his locis elucet. *Alexan-*

103) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 144. b. Cf. infra §. 14. ad n. 111.

104) v. c. ad n. 19. et 97.

105) de facie in orbe lunae T. II. p. 926. D.

106) ad *Aristot.* metaph. 3, fol. 10. b.

107) v. c. ad n. 55. et 97. et 40.

Digitized by Google

der Aphrodisiensis [108]), post ea, quae supra ad n. 58. allata sunt, ita pergit: „At si hoc ve„rum est, quomodo discordia immortalis dici „potest? — Falsum est igitur dictu, quod „Empedocles asserit, discordiam esse immor„talem." *Philoponus* [109]): „Si est amicitia, „vt Empedocles vult, bonum, rixa erit ma„lum. Si enim contrarium contrario, et con„trarium contrario. Si vero hoc, quomodo „potest dici incorruptibilis rixa?"

Ex his omnibus apparere putabam, me supra p. 224. recte emendasse locum *Stobaei.*

Caeterum propter ea, quae de discordia statuisse Empedoclem vidimus, nominatur ille a *Themistio* [110]) ὁ τῆς ἔριδος ποιητὴς, et dicitur optare vt ex hominibus pereat discordia. Ex eodem placito videbatur mihi natum esse prouerbium: Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, de quo exposui §. 7. p. 121.

Saepe autem propter vniuersa ista de quatuor elementis et de duobus principiis placita reprehenditur Empedocles ab Aristotele et aliis, inconstantiaeque crimine accusatur. Cuius generis locos licet iam passim in superioribus attulerim [111]), tamen hic alios ponere placuit.

108) ad *Aristot.* metaphys. p. 400.

109) ad eiusdem operis lib. 12. fol. 53. a.

110) orat. 22. p. 264. D.

111) v. c. §. 9. ad n. 158. 212. §. 10. ad n. 84. etc.

Digitized by Google

Aristoteles [112]): Ἐμπεδοκλῆς ἔοικεν ἐναντία λέγειν, καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα, καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτός. ἅμα μὲν γὰρ οὔ φησιν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι τῶν στοιχείων οὐδὲν, ἀλλὰ τἆλλα πάντα ἐκ τούτων. ἅμα δ' ὅταν συναγάγῃ εἰς ἓν τὴν ἅπασαν φύσιν, πλὴν τοῦ νείκους, ἐκ τοῦ ἑνὸς γίγνεσθαι πάλιν ἕκαστον. ὥστ' ἐξ ἑνός τινος δηλονότι διαφοραῖς τισι χωριζομένων καὶ πάθεσι, ἐγένετο τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ· καθάπερ λέγει τὸν μὲν ἥλιον λευκὸν καὶ θερμόν· τὴν δὲ γῆν, βαρὺ καὶ σκληρόν. ἀφαιρουμένων οὖν τούτων τῶν διαφορῶν (εἰσὶ γὰρ ἀφαιρεταὶ γενόμεναί γε) δῆλον, ὡς ἀνάγκη γίνεσθαι καὶ γῆν ἐξ ὕδατος, καὶ ὕδωρ ἐκ γῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν μεταβάλλοντά γε τοῖς πάθεσιν. ἔστι δὲ ἐξ ὧν εἴρηκε δυνάμενα προσγίνεσθαι, καὶ χωρίζεσθαι πάλιν, ἄλλως τε καὶ μαχομένων ἀλλήλοις ἔτι κατ' αὐτὸν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας. διόπερ καὶ τότε ἐξ ἑνὸς ἐγεννήθησαν. Item [113]): ὁ τῆς μίξεως λόγος, ἁρμονία καὶ ψυχή. ἀπαιτήσειε δ' ἄν τις τοῦτό γε καὶ παρ' Ἐμ-

112) de generat. et corrupt. 1, 1.

113) de anima 1, 4.

Digitized by Google

πεδοκλέους· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ἐν λόγῳ τινί φησιν εἶναι. πότερον οὖν λόγος ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἢ μᾶλλον ἕτερόν τι οὖσα ἐγγίνεται τοῖς μέλεσιν; ἔτι δὲ πότερον ἡ φιλία τῆς συχούσης αἰτία μίξεως, ἢ τῆς κατὰ τὸν λόγον; καὶ αὕτη πότερον ὁ λόγος ἐστὶν, ἢ παρὰ τὸν λόγον ἕτερόν τι; Item [114]): ἔοικε τὸ οὕτω λέγειν πλάσματι μᾶλλον. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λέγειν ὅτι πέφυκεν οὕτω, καὶ ταύτην δεῖ νομίζειν ἀρχὴν εἶναι· ὅπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὡς τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει, τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος ὑπάρχειν τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀνάγκης· ἠρεμεῖν δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον. — βέλτιον ὡς Ἐμπεδοκλῆς, κἂν εἴ τις ἕτερος εἴρηκεν, οὕτως ἔχειν, ἐν μέρει τὸ πᾶν ἠρεμεῖν, καὶ κινεῖσθαι πάλιν· τάξιν γὰρ ἤδη τινὰ ἔχει τὸ τοιοῦτο· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δεῖ τὸν λέγοντα μὴ ἀποφάναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ λέγειν etc. Item [115]): ἔτι δὲ πρὸς Ἐμπεδοκλέα κἀκεῖνό τις ἂν εἴποι· ὅτε γὰρ τὰ στοιχεῖα διεστήκει χωρὶς ὑπὸ τοῦ νείκους, τίς ἡ αἰτία τῇ γῇ τῆς μονῆς ἦν; etc. Item [116]): Ἐμπεδοκλῆς παραλείπει τὴν ἐπὶ

114) physic. 8, 1.
115) de coelo 2, 12.
116) ibid. 3, 2.

Digitized by Google

τῆς φιλότητος (γένεσιν τοῦ οὐρανοῦ) · οὐδὲ γὰρ ἂν ἠδύνατο συστῆσαι τὸν οὐρανὸν ἐκ κεχωρισμένων μὲν κατασκευάζων, σύγκρισιν δὲ ποιῶν διὰ τὴν φιλότητα. *Plotinus* [117]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος, ἀντιμαρτυροῦσαν ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. Quae denique *Iohannes Philoponus* [118]) multis verbis, vt solet, hanc in rem disputat, ea apud ipsum legi, quam a me huc transscribi malebam. Vnum tamen eius locum [119]) hic legisse non poenitebit: ἐπειδὴ καὶ τὴν φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς αἰτίαν εἶναι τῆς κράσεως τῶν στοιχείων ἔλεγεν, ἀκολούθως καὶ περὶ αὐτῆς ἀπορεῖ (Aristoteles). ἡ γὰρ φιλία ἢ ἡ αὐτή ἐστι τῇ μίξει, ὡς τὴν μίξιν φιλίαν εἶναι, ἢ ἑτέρα. — εἰ μὲν οὖν ἡ αὐτή ἐστι τῇ μίξει, τί τὸ τῆς μίξεως αἴτιον; — εἰ δὲ ἑτέρα, ὁποίας ἐστὶ μίξεως αἰτία; εἰ μὲν οὖν τῆς τυχούσης, συμβήσεται τὰ εἴδη ἐκ τῆς τυχούσης μίξεως γίνεσθαι, οὐ μόνον ταῦτα τὰ γεννητὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα· ὅπερ ἄτοπον· οὐ γὰρ ὁρῶμεν ὅτι ἡ τυχοῦσα μίξις

117) Ennead. 2. lib, 4. c. 7.

118) v. c. ad *Aristot.* de generat. et interitu 1, p. 3. a. p. 4. a. b. it. ad lib. 2. p. 47. a. p. 57. b. p. 58. a. p. 59. a. b. et ad *Aristot.* de anima lib. 1. F, 2. 3. (fol. 41. b. et fol. 42. a.)

119) ad *Aristot.* de anima lib. 1. E, 5. (fol. 35. a.) Cf. *Tiedemanni* Syst. des Emped. p. 55 — 61.

Digitized by Google

τὸ τυχὸν ποιεῖ, ἀλλ' ὥρισται ἑκάστου εἴδους ὁ λόγος τῆς μίξεως· εἰ δὲ τῆς κατὰ λόγον, ὅπερ καὶ εὔλογον, εἰ καὶ οὔτε εἶπεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς τοῦτο, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐστι συλλογίσασθαι, ἔδει αὐτὸν τίς εἰπεῖν αὕτη καὶ τίνα φύσιν ἔχουσα. οὐ γὰρ ἀρκεῖ φιλίαν εἰπεῖν, ἀλλὰ δεῖ προσθεῖναι καὶ τί ποτέ ἐστιν ἡ φιλία. ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζει λέγειν πρὸς Ἐμπεδοκλέα.

Sed nihil in hac doctrina Empedoclea nouum esse, nisi verba [120]) et vestem poeticam, satis ostendisse videtur *Moshemius* [121]), qui bene comparauit verba *Ouidii* [122]):

— „pondus iners; congestaque eodem
„Non bene iunctarum discordia semina rerum.
„Obstabatque aliis aliud: quia corpore in vno
„Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
„Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
(Natura) „Dissociata locis concordi pace ligauit."

Poterat etiam haec eiusdem poetae [123]) comparare:

120) Vnde recte *Philoponus* ad *Aristot.* metaph. 4. fol. 13. a. „Entia, inquit, fere omnes ex contrariis dicunt. — „Empedocles ex amicitia et rixa. Omnia autem contraria „in vnum et multitudinem reducuntur."

121) ad *Cudworthi* systema intellectuale p. 159.

122) metamorphh. 1, 8. 9. 18 — 20. et 25.

123) ibid. 1, 430 — 433. Cf. *Bayle* dictionaire T. III. p. 556. sqq.

Digitized by Google

τῆς φιλότητος (γένεσιν τοῦ οὐρανοῦ)· οὐδὲ γὰρ ἂν ἠδύνατο συστῆσαι τὸν οὐρανὸν ἐκ κεχωρισμένων μὲν κατασκευάζων, σύγκρισιν δὲ ποιῶν διὰ τὴν φιλότητα. *Plotinus* [117]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος, ἀντιμαρτυροῦσαν ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. Quae denique *Iohannes Philoponus* [118]) multis verbis, vt solet, hanc in rem disputat, ea apud ipsum legi, quam a me huc transscribi malebam. Vnum tamen eius locum [119]) hic legisse non poenitebit: ἐπειδὴ καὶ τὴν φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς αἰτίαν εἶναι τῆς κράσεως τῶν στοιχείων ἔλεγεν, ἀκολούθως καὶ περὶ αὐτῆς ἀπορεῖ (Aristoteles). ἡ γὰρ φιλία ἢ ἡ αὐτή ἐστι τῇ μίξει, ὡς τὴν μίξιν φιλίαν εἶναι, ἢ ἑτέρα. — εἰ μὲν οὖν ἡ αὐτή ἐστι τῇ μίξει, τί τὸ τῆς μίξεως αἴτιον; — εἰ δὲ ἑτέρα, ὁποίας ἐστὶ μίξεως αἰτία; εἰ μὲν οὖν τῆς τυχούσης, συμβήσεται τὰ εἴδη ἐκ τῆς τυχούσης μίξεως γίνεσθαι, οὐ μόνον ταῦτα τὰ γεννητὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα· ὅπερ ἄτοπον· οὐ γὰρ ὁρῶμεν ὅτι ἡ τυχοῦσα μίξις

117) Ennead. 2. lib. 4. c. 7.

118) v. c. ad *Aristot.* de generat. et interitu 1, p. 3. a. p. 4. a. b. it. ad lib. 2. p. 47. a. p. 57. b. p. 58. a. p. 59. a. b. et ad *Aristot.* de anima lib. 1. F, 2. 3. (fol. 41. b. et fol. 42. a.)

119) ad *Aristot.* de anima lib. 1. E, 5. (fol. 35. a.) Cf. *Tiedemanni* Syst. des Emped. p. 55 — 61.

Digitized by Google

τὸ τυχὸν ποιεῖ, ἀλλ' ὥρισται ἑκάστου εἴδους ὁ λόγος τῆς μίξεως· εἰ δὲ τῆς κατὰ λόγον, ὅπερ καὶ εὔλογον, εἰ καὶ οὔτε εἶπεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς τοῦτο, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐστι συλλογίσασθαι, ἔδει αὐτὸν τίς εἰπεῖν αὕτη καὶ τίνα φύσιν ἔχουσα. οὐ γὰρ ἀρκεῖ φιλίαν εἰπεῖν, ἀλλὰ δεῖ προσθεῖναι καὶ τί ποτέ ἐστιν ἡ φιλία. ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζει λέγειν πρὸς Ἐμπεδοκλέα.

Sed nihil in hac doctrina Empedoclea nouum esse, nisi verba [120]) et vestem poeticam, satis ostendisse videtur *Moshemius* [121]), qui bene comparauit verba *Ouidii* [122]):

— „pondus iners; congestaque eodem
„Non bene iunctarum discordia semina rerum.
„Obstabatque aliis aliud: quia corpore in vno
„Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
„Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
(Natura) „Dissociata locis concordi pace ligauit."

Poterat etiam haec eiusdem poetae [123]) comparare:

120) Vnde recte *Philoponus* ad *Aristot.* metaph. 4. fol. 13. a. „Entia, inquit, fere omnes ex contrariis dicunt. — „Empedocles ex amicitia et rixa. Omnia autem contraria „in vnum et multitudinem reducuntur."

121) ad *Cudworthi* systema intellectuale p. 159.

122) metamorphh. 1, 8. 9. 18 — 20. et 25.

123) ibid. 1, 430 — 433. Cf. *Bayle* dictionaire T. III. p. 556. sqq.

Digitized by Google

— „vbi temperiem sumsere humorque calorque,
„Concipiunt: et ab his oriuntur cuncta duobus.
„Cumque sit ignis aquae pugnax, vapor humidus omnes
„Res creat, et discors concordia fetibus apta est."

Scilicet cum Empedocles materiam natura putaret qualitatibus iisque inter se contrariis praeditam esse, atque in rudi et informi materiae mole omnes illas qualitates inde ab aeterno commixtas et confusas iacere, fieri non potuit quin statueret, vehementem inter illas pugnam grauemque litem oriri necessario oportuisse, sed post diuturnam pugnam cognatas qualitates, vel pares et aequales materiae particulas cohaesisse et concreuisse, atque adeo, vt hoc vtar, igneas particulas in vnum coiisse, et sic quatuor elementa enata esse, perque ea res reliquas omnes. Vbi vero aliquando cessauerit ac desierit haec discordia, tum statuebat ille solam amicitiam regnare, atque adeo contrarias qualitates omnes et elementa redire in vnum, h. e. in nouum chaos reuolui. Ex his iam denuo intelligitur, quid sit, quod supra dici vidimus, elementa Empedoclea esse aeterna, simplicia, aequalia siue paria, non mutari inter se inuicem, sed misceri et sibi inesse mutuo, denique non minus quam duo principia sibi inuicem aduersari, haec autem non ambo simul operari, sed quamuis sint causae rerum omnium efficientes, tamen amicitiam interdum esse ortus causam, interdum

Digitized by Google

interitus, vt discordiam, et quae sunt alia talia. Patet etiam, Empedocli hactenus conuenire cum aliis philosophis poetisque antiquis, quod omnia fieri putauit per vim ipsius naturae, non diuino consilio, prorsus vt apud *Ouidium* [124]) elementorum litem natura diremit. Quid multa? Habemus ipsa veterum testimonia, qui istam Empedoclis doctrinam ex *Homeri* carminibus haustam esse affirmant. Et *Sexti* quidem *Empirici*, *Eustathii*, *Heraclidis*, atque *Probi* locos huc spectantes iam supra attuli [125]). *Heraclides* autem *Ponticus* alio loco [126]), τί δ', inquit, ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς; οὐχὶ τὰ τέτταρα στοιχεῖα βουλόμενος ἡμῖν ὑποσημῆναι, τὴν Ὁμηρικὴν ἀλληγορίαν μεμίμηται; Nimirum respexisse *Heraclides* videtur ad illos *Homeri* locos [127]), vbi *Zεὺς* dicitur αἰθέρι ναίων, et vbi memorantur Ἥλιος καὶ Ποταμοὶ καὶ Γαῖα. Idem *Heraclides* [128]) et *Scholiastes Homeri Villoisonianus* [129]): μεταβέβηκεν (Homerus in descri-

124) metamorphh. 1, 21.

125) §. 9. ad n. 205. p. 211. §. 10. ad n. 2. 89. et 90. Cf. §. 9. e Theologumenis arithmet. p. 162.

126) in allegoriis Homeri p. 443. ed. *Gale* in opuscc. mytholog.

127) v. c. Il. β, 412. et γ, 277.

128) libro laudato p. 474. sq.

129) ad Il. σ, 473. p. 428. sq.

Digitized by Google

bendo clypeo Achillis) ἀλληγορικῶς ἐπὶ τὰς δύο πόλεις, τὴν μὲν εἰρήνης, τὴν δὲ πολέμου παρεισάγων, ἵνα μηδ' Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἀπ' ἄλλου τινὸς, ἢ παρ' Ὁμήρου τὴν Σικελικὴν ἀρύσηται δόξαν. ἅμα γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν παραδέδωκε τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. τούτων δ' ἑκάτερον Ὅμηρος ὑποσημαίνων, πόλεις δύο [130]) ἐνεχάλκευσε τῇ ἀσπίδι· τὴν μὲν εἰρήνης, τουτέστι, τῆς φιλίας· τὴν δὲ πολέμου, τουτέστι, νείκους. Auctor vitae Homeri [131]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν μὲν συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν τῶν στοιχείων, φιλίαν προσαγορεύσας· νεῖκος δὲ, τὴν ἐναντίωσιν. πρὸ δὲ τούτου Ὅμηρος τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος αἰνίσσεται, ἐν οἷς φησιν Ἥρα παρ' αὐτῷ [132]),

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν·
τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.

τοιοῦτον δέ γε καὶ τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἄρην μῦθος αἰνίττεται, τῆς μὲν ταυτὸ δυνα-

130) Vocabulum δύο non extat apud *Heraclidem.*

131) p. 327. sq. ed. *Gale* in l. et p. 192. sq. ed. *Ernest.* in edit. *Homeri* operum T. V.

132) Il. Ξ, 200. 201. 205. quo loco fere similiter vtitur *Plato* in Theaeteto T. I. opp. p. 152. D. E. v. infra §. 11. ad n. 1.

Digitized by Google

μένης, ὃ παρὰ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ ἡ φιλία, τοῦ δὲ, ὃ παρ' ἐκείνῳ τὸ νεῖκος.

Cum vero iam §. 9. monuerim, quatuor elementa et duo principia Empedoclis a nonnullis vocari sex elementa vel sex principia, idque minus recte factum mihi videri, de ea re quid iudicandum sit, videamus. *Sextus Empiricus* [133]): ἐκ τῶν ἓξ τὴν πάντων ὑπέθεντο γένεσιν οἱ περὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα — ἓξ παραδίδωσι τὰς τῶν ὄντων ἀρχάς. *Aristoteles* [134]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα (λέγει), τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων, ἓξ τὸν ἀριθμόν. Aristoteles igitur amicitiam ac discordiam nominat τὰ κινοῦντα [135]). Quodsi comparaueris duo eiusdem locos alios [136]), apparebit, saltem ex Ari-

133) adu. Mathematt. 10, 317. Similes duo alii eiusdem *Sexti* loci sunt supra §. 9. ad n. 180. p. 205. et *Simplicii* locus §. 10. ad n. 7.

134) de generat. et corrupt. 1, 1.

135) Cf. *Simplic.* supra ad n. 45. 47. et *Alex. Aphrodis.* ad n. 97.

136) metaph. 4, 1. et 3. Vid. plura de differentia τῶν ἀρχῶν et στοιχείων ap. *Stobae.* ecl. phys. c. 11. p. 310. et *Plutarch.* de plac. philos. 1, 2. Cf. *Scaliger* ad *Manil.* 1, 138. p. 14. ed. Lutet. 1579. 8. (p. 30. sq. ed. Argent. 1655.) Ipso autem nomine στοιχεῖον neque Empedocles, neque omnino vllus ante Platonem philosophus vsus est. v. *Diog. Laert.* 3, 24. Latine autem στοιχεῖα possunt etiam *initia* nominari. v. *Festus* in v. Initium.

Digitized by Google

stotelico vsu loquendi non recte Empedoclem dici sex ἀρχὰς statuisse. Nam in reliquis vocabuli ἀρχὴ notionibus ponit etiam hanc: ὅθεν γίγνεται πρῶτον μὴ ἐνυπάρχοντος, καὶ ὅθεν πρῶτον ἡ κίνησις πέφυκεν ἄρχεσθαι καὶ ἡ μεταβολή. Sed στοιχεῖον definit: ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος ἀδιαιρέτου τῷ εἴδει εἰς ἕτερον εἶδος. Et paulo post: στοιχεῖα λέγουσιν, — εἰς ἃ διαιρεῖται τὰ σώματα ἔσχατα, ἐκεῖνα δὲ μηκέτ' εἰς ἄλλα εἴδει διαφέροντα σώματα.

§. 11.

Ex his igitur quatuor elementis, tanquam ex materia, Empedocles opinabatur per amicitiam et discordiam casu, non consilio, effectum esse mundum. Et mundum quidem vocabat aeternum, non modo quia elementa aeterna putabat, sed etiam quia mundum dicebat semper mutari, ita vt plus semel mox pereat, mox prodeat, quanquam non omnino idem. Nihil enim esse, sed omnia semper et in infinitum fieri. *Plato* [1]) enim et ex eo *Eusebius* [2a]): ἐκ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα, γίγνεται πάντα ἃ δὴ φαμὲν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύον-

1) in Theaeteto T. 1. opp. p. 152. D. E.

2 a) praeparat. euang. 14, 4.

Digitized by Google

τες. ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδὲν, αἰεὶ δὲ γίγνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος [2 b]) καὶ Ἐμπεδοκλῆς· καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν, Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ, Ὅμηρος [3]), εἰπὼν,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν·

πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως. *Diogenes Laertius* [4]): ταῦτα, φησὶν (Empedocles), ἀλλαττόμενα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λήγει, ὡς ἂν ἀϊδίου τῆς τοιαύτης διακοσμήσεως οὔσης. *Simplicius* [5]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς ὅτι δύο κόσμους συνίστησι, τὸν μὲν ἡνωμένον καὶ νοητὸν, τὸν δὲ διακεκριμένον καὶ αἰσθητὸν (qua de re infra dicere constituit), καὶ ὅτι καὶ τούτῳ τῷ κόσμῳ τὴν ἕνωσιν ὁρᾷ καὶ τὴν διάκρισιν, ἐν ἄλλοις — δέδεικται. ὁ γὰρ ἐκεῖνα λέγων, ὡς δοκεῖ,

2 *b*) Nobilis est Heraclitea rerum naturae cum fluuio comparatio, in quem idem homo non bis posset descendere, quia nunquam eadem, verum semper alia esset eius aqua. v. *Plutarch.* de sera numinis vind. c. 15. ibique *Wyttenbach.* et *Menag.* ad *Diog. Laert.* 9, 8.

3) Il. Ξ, 201. Cf. supra §. 10. ad n. 132. p. 254.

4) 8, 76.

5) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 68. b.

Digitized by Google

περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, καὶ ταῦτα ἔγραψεν· τὸν κόσμον τοῦτον οὔτέ τις θεῶν οὔτέ τις ἀνθρώπων ἐποίησεν, ἀλλ' ἦν ἀεί. Item [6]): Ἐμπεδοκλῆς τὸ γινόμενον οὐ ταυτὸν τῷ φθαρτῷ φησιν, εἰ μὴ ἴσως κατ' εἶδος. Item [7]): γενητὸν μὲν (np. τὸν κόσμον), φθείρεσθαι δὲ καὶ αὖθις γίνεσθαι ἐναλλὰξ, καὶ τοῦτο συνεχῶς, Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος ἐδόκουν λέγειν. Item [8]): ἀΐδιον μὲν κατασκευάζειν τὸν κόσμον, τὸ δὲ εἶδος μεταβάλλοντα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐδόκει λέγειν. Denique [9]): ἀντιλέγων (Alexander) τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλῆ καὶ Ἡράκλειτον, λέγουσιν ἐναλλὰξ γίνεσθαί τε καὶ φθείρεσθαι τὸν κόσμον. *Alexander Aphrodisiensis* [10]): „Eadem semper erant, quae nunc sunt, i. e. „semper mundus erat, reditione, vt Empedo„cles tradebat." *Themistius* [11]): οὗτοι (np. Anaxagoras et Empedocles) — οὐ κέχρηνται πρὸς τὴν γένεσιν ἀλλοιώσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ μίγματος ἐκκρίνουσιν ὡς ἐνυπάρχοντα ἤδη τὰ ἡμῖν γίνεσθαι δοκοῦντα. ἀλλ' ὁ μὲν

6) ibid. p. 69. a.
7) ibid. p. 71. b.
8) ibid. p. 72. a.
9) ibid. ad lib. 2. p. 89. b.
10) ad *Aristot.* metaphys. p. 384.
11) ad *Aristot.* phys. auscult. 1, p. 18.

Digitized by Google

(Empedocles), καὶ παύει τὴν ἔκκρισιν ταύτην, καὶ πάλιν ἄρχεται κατὰ περιόδους· Ἀναξαγόρας δὲ, ἅπαξ ἀρχὴν λαβοῦσαν οὐκ ἔτι τελευτᾷ. Et alio loco [12]): Ἀναξαγόρᾳ μὲν ἡ κίνησις ἀρξαμένη, συνεχῶς ἐστι, καθάπερ δὴ καὶ ὁ κόσμος· Ἐμπεδοκλεῖ δὲ ἐν μέρει, ποτὲ μέν ἐστι, ποτὲ δὲ οὐκ ἔστι, ὥσπερ καὶ ὁ κόσμος. *Iohannes Philoponus* [13]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς σοφῶς παρὰ μέρος κοσμοποιῶν, πλὴν ὅτι πολλάκις ἐκεῖνος, δὶς δὲ ἡμεῖς. Et rursus [14]): τοὺς μὲν τῶν γεγονέναι (τὸν κόσμον) λεγόντων, ἀΐδιον φάσκειν αὐτὸν εἶναι (φησὶν Ἀριστοτέλης)· Ὀρφεύς τε γὰρ καὶ Ἡσίοδος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν θεολόγων ἐπὶ ταύτης ἐγένοντο τῆς δόξης, καὶ μετὰ τούτους Πλάτων· τινὲς δὲ τῶν γεγονέναι λεγόντων, ὅτι καὶ ἄφθαρτός ἐστι συναποφαίνονται, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τινῶν ἕκαστον· πάντα γὰρ ὁρᾶται γιγνόμενα καὶ φθειρόμενα· οἱ δὲ, ἐναλλὰξ γίνεσθαί φασι τὸν αὐτὸν καὶ φθείρεσθαι, καὶ διὰ

12) ibid. ad lib. 8. p. 58.

13) de mundi aeternitate. *Πρόκλου λόγος δέκατος.*

14) ibid. in λύσει κζ' τοῦ ε' λόγου ex *Alexandri Aphrodisiensis* ad *Aristot.* lib. 1. de coelo commentario. Cf. *Philoponus* ad *Aristot.* metaph. 12. fol. 50. b. et *Lucret.* 1, 764 — 781.

Digitized by Google

περιόδων πάλιν τινῶν γίνεσθαι καὶ πάλιν φθείρεσθαι, καὶ τοῦτο ἀΐδιον εἶναι καὶ εἰς ἀεὶ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος.

Non autem rerum omnium verum ortum et interitum intelligendum esse ex Empedoclis mente, sed tantum compositionem siue mixturam et dissolutionem siue disiunctionem corpusculorum minutorum siue primorum, praeter ea quae supra passim allata sunt [15]), docent aliorum scriptorum veterum loci multi, quanquam *Aristoteles* [16]), Ἐμπεδοκλεῖ, inquit, τίνα τρόπον ἔσται γένεσις, καὶ φθορὰ, καὶ ἀλλοίωσις, οὐ δῆλον. Statuebat enim Empedocles, nullum elementum transmutari in elementum aliud [17 a]). Ipse tamen *Aristoteles* post ea, quae supra §. 9. ad n. 51. exscripsi, addit haec: ἐξ ὧν (np. στοιχείων) συγκρινομένων, καὶ διακρινομένων, ἢ ἀλλοιουμένων, συμβαίνειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν τοῖς πράγμασιν. Et alio loco [17 b]) Empedoclem statuisse dicit: μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς, καὶ

15) v. c. §. 9. ad n. 58. 70 — 75. 90. 166. 167. 175. b. §. 10. ad n. 20.

16) de generat. et corrupt. 1, 8.

17 *a*) qua de re dictum est §. 9. p. 188. sqq. Cf. quae de ἀλλοιώσει exponit *Aristot.* de gen. et corrupt. 1, 1.

17 *b*) de Xenophane c. 2. Dedi autem locum ita, vt legitur in Codice Lipsiensi, de quo dixi ad Empedoclis fragmm. v. 31.

Digitized by Google

τῶν μετὰ πυρὸς, γίγνεσθαι τὰ πολλὰ, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι πάλιν, καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά ποτε καὶ τῇ διακρίσει, τῇ δὲ φύσει τέτταρα ἄνευ τῶν αἰτίων ἢ ἕν. *Plutarchus* autem [18]) et *Stobaeus* [19]) et *Galenus* [20]) ita de dogmate Empedocleo disserunt: Ἐμπεδοκλῆς — καὶ ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων [21]) κοσμοποιοῦσι, συγκρίσεις μὲν καὶ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐ κυρίως [22]). οὐ γὰρ κατὰ τὸ ποιὸν ἐξ ἀλλοιώσεως, κατὰ δὲ ποσὸν ἐκ συναθροισμοῦ ταύτας γίγνεσθαι [23]). *Simplicius* [24 a]): τοῖς λέγουσι συγκρίσει ἢ διακρίσει τὴν γένεσιν γίνεσθαι, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, ἕπεται ἐνεργείᾳ τὰ στοιχεῖα ὑπάρχειν. Iterum [24 b]): Πλάτων καὶ Ἐμπεδοκλῆς — καί τινες ἄλλοι τῶν φυσικῶν, τὴν τῶν συνθέτων ἐκ τῶν ἁπλῶν

18) de placitis philosophor. 1, 24.

19) Eclog. phys. P. I. p. 414.

20) hist. philos. c. 10.

21) *Galenus* habet τῶν λεπτῶν σωμ.

22) *Galenus* οὐκ οἰκείως.

23) *Galenus* οὐ γ. κ. ποιὰν. ἀλλοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν καὶ συναθροισμὸν γίνεσθαι τὰ πάντα νομίζουσι.

24 *a*) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 148. a.

24 *b*) ibid. 1, fol. 71. a.

Digitized by Google

γένεσιν κατὰ τὸν ἐξ ὑποθέσεως τοῦτον τρόπον ἐοίκασιν παραδιδόναι, τὴν τῶν φαινομένων ἀνάλυσιν εἰς τὰ ἁπλᾶ ποιοῦντες, καὶ ἐκ τῶν ἁπλῶν τὴν σύνθεσιν εἰσηγούμενοι, ὡς εἰ καὶ προϋπῆρχε χρόνῳ τὰ ἐξ ὧν γίνεται τὰ γινόμενα. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐδὲν ἄλλο φησὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν, πλὴν μίγμα μόνον καὶ μεταβολὴν τῶν συνθέτων. Et alio loco [25]): Ἐμπεδοκλέα — παρέλιπε — ὅτι πρόδηλος κατ' αὐτὸν ἡ ἐναντίωσις, ἔν τε τοῖς στοιχείοις, καὶ κατὰ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. καὶ μέντοι κατὰ σύγκρισιν καὶ τὴν διάκρισιν. λέγει γὰρ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ γένεσις, ἀλλ' ἢ μόνον μίξίς τε καὶ διάλλαξις τῶν μιγέντων. Et rursus [26]): οἱ μὲν ἓν τὸ ὂν ἔλεγον, καὶ ἀγένητον τοῦτο. — οἱ δὲ συγκρίσει καὶ διακρίσει τὴν γένεσιν τῶν πρώτων στοιχείων ἐποίουν, ὡς Δημόκριτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς. οὐ γάρ ἐστι γένεσις, φησὶν, ἀλλὰ μόνον μίξίς τε καὶ διάλλαξις τῶν μιγέντων. Item [27]): σύγκρισις καὶ διάκρισίς ἐστι ἡ γένεσις καὶ φθορὰ, ὡς ἤρεσκε Ἐμπεδοκλεῖ,

25) ad *Aristot.* phys. 1, fol. 39. a.
26) ibid. fol. 51. b.
27) ibid. lib. 8. fol. 295. b.

Digitized by Google

καὶ ὅσοι τὰ πρῶτα σώματα ἀπαθῆ ὑποθέμενοι, τελέως ἐκ τούτων ἐγέννων τὰ ἄλλα. Item [28a]): εἰ αἱ αὐταὶ μένουσιν ἄτομοι ἀπαθεῖς ὑπάρχουσαι, δηλονότι καὶ οὗτοι ἀλλοίωσιν φαῖεν ἂν τῶν κόσμων, ἀλλ' οὐ φθοράν, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς δοκεῖ λέγειν καὶ Ἡράκλειτος. Ab eodem *Simplicio* [28b]) Empedocles dicitur ἀπὸ τῆς ἐναρμονίου τῶν στοιχείων κράσεως τὰς ποιότητας ἀναφαίνων. *Themistius* [29]): „Videndum est, num „ortus caeterorum omnium corporum ab ele„mentis sit, quemadmodum Empedocli placet, „congregatione videlicet corpora ex his oriri, „quatenus ipsa actu in illis inueniuntur, cor„rumpi vero, secundum quod ab inuicem se„gregantur. — Aduersus Empedoclis sequaces „se conuertit (Aristoteles), inquiens: hos pro„priam positionem oblitos esse, cum non po„nant generationem inueniri, sed secundum „existimationem tantum: ignis enim non ge„neratur, quemadmodum apparet, dum ex „aëre oritur, in eoque sensatio per se quidem „inest; ita de aëre reliquisque statuendum „erit. Sin minus, qui fieri poterit, vt ortus „in iis existat, quae ex illis selecta secretaue „inueniuntur? Sed oriri quidem existimantur,

28 *a*) ad *Aristot.* de coelo 1, fol 68. b.

28 *b*) ad *Aristot.* categor. p. 41.

29) paraphras. in libros 4. *Aristot.* de coelo 3, 7. fol. 52. a.

Digitized by Google

„quoniam ad sensum non apparent, quod in „iis consistant, ex quibus generantur. Et„enim generatio est, vt hoc modo aliquid sit, „ex eo quod hoc modo quidem non est: nec „quicquam erit, quod per se vnum remaneat.“ *Iohannes Philoponus* [30]): μαρτυρεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ κατὰ σύγκρισιν γενέσθαι τὴν γένεσιν, λέγων φύσιν μὲν ἰδίαν μηδενὸς εἶναι τῶν συνθέτων, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐν τῇ συγκρίσει τῶν συμμιγέντων τὴν οὐσίαν ἔχειν. ἡ γὰρ μίξις καὶ ἡ διάλλαξις αὐτῷ τὴν σύγκρισιν (Exciderunt haud dubie verba καὶ τὴν διάκρισιν) σημαίνει. φανερὸν οὖν ὅτι τῇ ὑποθέσει, τῇ πλείονα στοιχεῖα λεγούσῃ, οἰκεῖον φᾶναι, ἕτερον εἶναι γένεσιν ἀλλοιώσεως. Item [31]): Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος, Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐδόξασαν γένεσιν καὶ φθορὰν κατὰ διάκρισιν εἶναι καὶ σύγκρισιν. — δυνατὸν, μὴ ὄντων ἀτόμων στοιχείων, κατὰ σύγκρισιν εἶναι τὴν γένεσιν, ὡς δηλοῖ ἡ Ἐμπεδοκλέους δόξα. Item [32]): καὶ Ἐμπεδοκλῆς δὲ, ἀμετάβλητα λέγων (τὰ στοιχεῖα), κέχρηται τῷ ποιεῖν

30) ad *Aristot.* de generat. et interitu 1, fol. 4. a. Cf. fol. 4. b. et fol. 5. a.

31) ibid. fol. 6. b.

32) ibid. fol. 29. a.

Digitized by Google

καὶ τῷ πάσχειν. εἰ γὰρ καὶ μὴ κατὰ μεταβολὴν οὐσίας πάσχουσιν, ἀλλ' οὖν σύγκρισιν ὑπομένουσι καὶ διάκρισιν, ποιοῦντος ταῦτα τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας. — ἡ σύγκρισις μίξις ἐστίν. — οἱ τὰ ἐκ τῶν στοιχείων μόνα γεννῶντες, συγκρίσει καὶ διακρίσει ἐχρῶντο. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον καὶ Ἀναξαγόραν. ἀπαθεῖς γὰρ ἕκαστος τὰς οἰκείας ἀρχὰς ὑπετίθετο, οἱ δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα γεννῶντες, τῷ ποιεῖν καὶ πάσχειν. Item [33]): τὴν γένεσιν οἱ μὲν ἀλλοίωσιν λέγουσιν, ὅσοι τὸ ὕδωρ ἢ τὸν ἀέρα ὑποτιθέμενοι μανότητι καὶ πυκνότητι γεννῶσι τὰ ἄλλα· οἱ δὲ, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, οἵ τε περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Ἐμπεδοκλέα. συγκρίσει γὰρ ὁ μὲν τῶν στοιχείων, ὁ δὲ τῶν ἀτόμων τὰ ἄλλα γίνεσθαί φασι, διακρίσει δὲ φθείρεσθαι.

Quod in his aliisque locis permultis dicitur γένεσις et φθορὰ, id ab ipso Empedocle vocabatur φύσις et θάνατος, et πότμος. *Plutarchus* [34]): ὅτι ἀντὶ τῆς γενέσεως εἴρηκε τὴν

33) ad *Aristot.* phys. auscult. 1. C, 5. Cf. ad *Aristot.* metaph. 12. fol. 50. b. et *Alex. Aphrodis.* ad *Aristot.* metaph. p. 372.

34) adu. Colot. T. II. opp. p. 1112. A. Cf. §. 15. ad n. 136. sqq.

Digitized by Google

φύσιν, ἀντιθεὶς τὸν θάνατον αὐτῇ, δεδήλωκεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς. Item [35]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς διδάξας, ὅτι φύσις παρὰ τὸ φυόμενον οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ θάνατος παρὰ τὸ θνῆσκον. Item [36]): Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν. Pro διάστασις reliquos dicere solere διάκρισις vidimus. *Alexander Aphrodisiensis* [37]): „Empedocles dum sibi compositorum nullam „fieri vnionem persuadet, negat cuiuspiam „esse naturam, i. e. vnionem, sic vt ex com„positione vnum quiddam fiat, et in specie „constituatur, sed mixtionem conuentum „quendam mistorum esse ait, vulgo tamen „naturam ab hominibus nuncupari, miscen„do illa vniri putantibus."

Mire de hoc dogmate consensisse cum Empedocle legitur secta Arabica τῶν מְדַבְּרִים [38]) et fortasse putari potest illud ex Empedoclis carminibus hausisse [39]).

35) ibid. pagina fere extrema.

36) de placitis philos. 1, 30.

37) ad *Aristot.* metaph. p. 172. Cf. §. 9. ad n. 157 — 160. Optime rem explicat *Pythagoras* ap. *Ouid.* metamm. 15. 255. sqq. „nascique vocatur, Incipere esse aliud, quam „quod fuit ante; morique, Desinere illud idem."

38) v. *Mosis Maiemonidis* doctor perplexorum 1, 73. p. 149. e versione latina *Ioh. Buxtorfii* fil. Basil. 1629. 4.

39) Cf. supra §. 2. extr. et §. 6. n. 45.

Digitized by Google

Cum vero putauerit Empedocles, omnia in hoc mundo, atque adeo mundum ipsum, fieri et perire per disiunctionem et commixtionem elementorum, eo quidem modo, quo supra [40]) docuimus: facile patet, eundem negare non potuisse, motum esse in rerum natura. Diserte id testatur *Sextus Empiricus* [41]): *εἶναι κίνησιν φασὶν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐμπεδοκλέα.* Quid igitur de motu statuerit, videndum est. Et *Aristoteles* quidem ita refert Empedoclis de eo sententiam [42]): *Ἐμπεδοκλῆς (φησιν), ἐν μέρει κινεῖσθαι, καὶ πάλιν ἠρεμεῖν· κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. — ἔοικε πλάσματι τὸ λέγειν ὅτι πέφυκεν οὕτω* (np. nulla ratione idonea addita), *καὶ ταύτην δεῖ νομίζειν ἀρχὴν εἶναι· ὅπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὡς τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ὑπάρχειν τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀνάγκης· ἠρεμεῖν δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον. — βέλτιον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, κἂν* (fortassis legendum *καὶ*) *εἴ τις ἕτερος εἴρηκεν οὕτως ἔχειν, ἐν μέρει τὸ πᾶν ἠρεμεῖν, καὶ κινεῖσθαι πάλιν.* Ad quem

40) maxime §. 10.

41) adu. Mathematt. 10, 45.

42) physic. 8, 1.

Digitized by Google

locum ita commentatur *Themistius* [43]): *ὅτι μέν ἐστι κίνησις πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅσοι περὶ φύσεως πραγματεύονται, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διαλέγονται· ὅτι δὲ ἀΐδιος, οὐκ ἔθ' ἅπαντες. ἀλλ' ὅσοι μὲν ἀπείρους τοὺς κόσμους εἶναί φασιν* [44]), *καὶ ἀεὶ τοὺς μὲν γίγνεσθαι, τοὺς δὲ φθείρεσθαι, ἀεί φασιν εἶναι τὴν κίνησιν. ἕπεται γὰρ αὐτοῖς τὰς γενέσεις καὶ τὰς φθορὰς εἶναι μετὰ κινήσεως. ὁμοίως δὲ τούτοις, ὅσοι καὶ ἕνα κόσμον καὶ ἀΐδιον ὑποτιθέντες, συνομολογοῦσιν καὶ τὴν κίνησιν ἀΐδιον εἶναι. ὅσοι δὲ ἕνα μὲν, οὐκ ἀΐδιον δὲ, τούτοις ἀκολουθεῖ ταῖς περὶ τοῦ παντὸς ὑποθέσεσιν καὶ περὶ τῆς κινήσεως χρῆσθαι. δύο δὲ οἱ τρόποι τῶν οὐκ ἀΐδιον ποιούντων τὸν κόσμον· καὶ παρὰ τούτους οὐκ ἔστιν ἄλλος. ἢ γὰρ, ὡς Ἀναξαγόρας φησὶν, ἁπάντων ὁμοῦ μεμιγμένων τὸν ἄπειρον χρόνον, ἄρξασθαί ποτε τὸν νοῦν τοῦ κόσμου καὶ τῆς κινήσεως· ἢ ὡς Ἐμπεδοκλῆς. οὗτος μὲν γὰρ ἐν μέρει κίνησιν ποιεῖ τοῦ παντὸς, καὶ ἠρεμίαν· κίνησιν μὲν, ὅταν ἡ φιλία τὸ πᾶν εἰς ἓν ἐκ πολλῶν*

43) ad *Aristot.* l. l. fol. 58. a. b.

44) Ita legendum esse non est quod multis demonstretur. Vulgo legitur *εἶναί φασιν εἶναι, καὶ ἀεὶ* etc.

Digitized by Google

συνάγη, ἢ αὖθις τὸ νεῖκος εἰς πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμία δὲ, ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. ὥστε Ἀναξαγόρᾳ μὲν ἡ κίνησις ἀρξαμένη, συνεχῶς ἐστι, καθάπερ δὴ καὶ ὁ κόσμος· Ἐμπεδοκλεῖ δὲ ἐν μέρει, ποτὲ μέν ἐστι, ποτὲ δὲ οὐκ ἔστι, ὥσπερ καὶ ὁ κόσμος. — τὸ ἄλογον καὶ ἀναίτιον μάλιστα ἐπὶ τῆς φύσεως φυλακτέον, ὡς (leg. ὃ) σχεδὸν ἅπαντες παρορῶσι. ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐν μέρει ποιῶν τὴν κίνησιν καὶ ἠρεμίαν· κίνησιν μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας καὶ τοῦ νείκους, ἠρεμίαν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις· οὐ προστίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐν μέρει ταύτην ἀποδίδωσιν. *Simplicius* [45]): οὕτω (np. διὰ κινήσεως) καὶ Δημόκριτος κοσμοποιεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, οἱ μὲν συγκρίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι τὰ ἄτομα σώματα καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγοντες. — Ἐμπεδοκλῆς δηλονότι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον ἀιεὶ, καὶ κίνησιν ἐνόμιζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Quod supra vidimus Empedoclem de hoc dogmate reprehendi, id in

45) ad *Aristot.* phys. 8. p. 257. b.

Digitized by Google

his quoque factum reperitur. *Aristoteles* [46]): *περὶ κινήσεως ἁπλῶς λέγει* (Empedocles)· *οὐ γὰρ ἱκανὸν εἰπεῖν, διότι ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος κινεῖ, εἰ μὴ τοῦτ' ἦν φιλίᾳ εἶναι τὸ κινήσει τοιᾷδι, νείκει δὲ τὸ τοιαδί. ἔδει οὖν ἢ ὁρίσασθαι, ἢ ὑποθέσθαι, ἢ ἀποδεῖξαι ἢ ἀκριβῶς, ἢ μαλακῶς, ἢ ἄλλως γέ πως. ἔτι δ', ἐπεὶ φαίνεται καὶ βίᾳ, καὶ παρὰ φύσιν κινούμενα τὰ σώματα, καὶ κατὰ φύσιν, οἷον τὸ πῦρ, ἄνω μὲν οὐ βίᾳ, κάτω δὲ, βίᾳ· τῷ δὲ βίᾳ τὸ κατὰ φύσιν ἐναντίον. ἔστι δὲ τὸ βίᾳ· ἔστιν ἄρα καὶ τὸ κατὰ φύσιν κινεῖσθαι· ταύτην οὖν ἡ φιλία κινεῖ, ἢ οὔ· τοὐναντίον γὰρ, τὴν γῆν ἄνω, καὶ διακρίσει ἔοικε· καὶ μᾶλλον τὸ νεῖκος αἴτιον τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως, ἢ ἡ φιλία. ὥστε καὶ ὅλως παρὰ φύσιν ἡ φιλία ἂν εἴη μᾶλλον. ἁπλῶς δὲ εἰ μὴ φιλία ἦ τὸ νεῖκος κινοίη, αὐτῶν τῶν σωμάτων οὐδεμία κίνησίς ἐστιν, οὐδὲ μονὴ, ἀλλ' ἄτοπον. ἔτι δὲ φαίνεται κινούμενα διέκρινε μὲν γὰρ νεῖκος· ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ, οὐχ ὑπὸ τοῦ νείκους. — ἅμα δὲ καὶ τὸν κόσμον ὁμοίως ἔχειν φησὶν ἐπί τε τοῦ νείκους*

46) de generat. et corrupt. 2, 6. Cf. *Ioh. Philop.* ad h. l. fol. 59. a. b. et supra §. 9. ad n. 157. et §. 10. ad n. 23.

Digitized by Google

νῦν, καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς φιλίας. τί οὖν ἐστι τὸ κινοῦν πρῶτον καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως; οὐ γὰρ δὴ ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος, ἀλλά τινος κινήσεως ταῦτα αἴτια· εἰ δέ ἐστιν, ἐκεῖνο ἀρχή. Videtur igitur Empedocles minus diserte, quid de motu statuendum putaret, ostendisse, neque de eius causa exposuisse, neque quando incipere aut desinere motum opinaretur, declarasse. Nam interdum dicitur motum aeternum nominasse, vt ab *Aristotele* [47]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον. Interdum legitur motus Empedocli non aeternus fuisse [48]). Quo pertinent etiam verba *Simplicii* [49]): δείκνυσι (Aristoteles), — τὸν Ἀναξαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα μόνους ὡς μὴ ἀεὶ κίνησιν εἶναι δοκοῦντας λέγειν. Quae quidem duplex traditio commode potest *Aristotele* duce sic modificata et inflexa quodammodo conciliari, vt Empedoclem dicas non nisi hactenus motum putasse aeternum, quatenus aeterna sit elementorum ac principiorum discordia. Quae pugna cum desinat nonnunquam ex Empe-

47) de Xenophane c. 2. Cf. supra ad n. 43. et §. 10. ad n. 36.

48) vid. v. c. verba *Aristotelis* paulo ante ad n. 42. allata.

49) ad *Aristot.* phys. 8, p. 321. b.

Digitized by Google

doclis opinione [50]), apparet, nec motum ei esse potuisse simpliciter et omnino aeternum. Cum vero semper alternis vicibus e rudi materia efficiatur mundus, et hic rursus in nouum chaos reuoluatur, patet, motum non nisi tum cessare, cum sub amicitiae imperio omnia in vnum reuersa sint, vel inimicitia imperante ex vno siue chao effectus sit mundus. Quia item in mundo semper quaedam mutantur, ita vt aliae eius partes interire, aliae videantur oriri, omnis autem ortus et interitus pendet ab amicitia atque discordia, quibus sibi inuicem aduersantibus motus existit: puto etiam hactenus ex Empedoclis sententia motum vocari posse aeternum. Sed haec esset aeternitas vt ita dicam particularis, nempe non ad vniuersum mundum spectans [51]). Fortassis igitur voluit Empedocles, nunquam esse tempus, quo non in nonnullis saltem mundi partibus aduersentur sibi elementa et principia, atque adeo quodammodo nunquam motum cessare. Ex his intelligi possunt, quae tradit *Eusebius* [52]): *Ἐμπεδοκλῆς — τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως συμβῆναι ἀπὸ τοῦ τετυχηκέναι κατὰ τὸν ἀθροισμόν, ἐπιβρίσαντος τοῦ πυρός.*

50) Qua de re supra §. 10. dictum est.
51) Cf. quae dicta sunt §. 10. ad n. 103.
52) praeparat. euangel. 1, 8. p. 24. D.

Digitized by Google

Monet me hic *Eusebii* locus, e quo, quando motus incipiat, discitur, vt, cum semel de ortu et interitu dicere instituerim, explicem etiam, quae Empedocles de modo, quo mundus aliquando interiturus sit, statuisse reperiatur, quanquam iam supra §. 9. quaedam de eo dicere memini. Scilicet cum Empedocles ignem omnium elementorum praecipuum esse, atque adeo ipsa reliqua elementa explicari ex illo et gigni dixerit, sequitur vt etiam omnia aliquando in vnum, h. e. in ignem, reuerti, atque adeo mundum per ignem interire statuerit. Sed de hac quoque re audienda sunt veterum testimonia. Et *Aristoteles* quidem nihil diserte de ea tradidisse reperitur. Si vero compares haec eius verba [53]): *Ἡράκλειτός φησιν, ἅπαντα γίνεσθαί ποτε πῦρ*, et alium eiusdem locum [54]): *γενόμενον ἅπαντες εἶναί φασιν, ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτὸν, ὥσπερ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων. οἱ δ' ἐναλλὰξ, ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον, καὶ τοῦτο ἀεὶ διατελεῖν οὕτως, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος.* Si, inquam, hos locos inter se comparaueris, atque in altero loco Empedoclem Heraclito tanquam idem

53) physic. 3, 5.
54) de coelo 1, 10.

Digitized by Google

sentientem iungi animaduerteris, tum saltem verisimile fit, Aristotelem hanc de mundi per ignem interitu opinionem Empedocleam existimasse. Idem visum est *Iacobo Thomasio* [55]). Sed extant etiam alia, eaque luculentiora, de hac re testimonia. *Clemens Alexandrinus* [56]) et ex eo *Eusebius* [57]): *οὐ παραπέμπομαι καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὅς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς. σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης.* *Oecumenius* [58]): *δύο ὄντων τῶν συνεκτικωτάτων στοιχείων τοῦ παντὸς, ὕδατος καὶ πυρὸς, ἀφ' ὧν καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ἀὴρ μὲν, ἐξατμιζομένων τῶν ὑδάτων, γῆ δὲ, συγκρινομένων τῶν αὐτῶν, τῆς ἐξατμίσεως ὡς ἐκ πυρὸς καὶ τῆς συγκρίσεως οὐδενὸς τὸν νοῦν ἐχόντων ἀπιστοῦντος· δύο τοίνυν ὄντων καὶ πρότερον τῆς τῶν ἀσεβῶν φθορᾶς διὰ τοῦ ὕδατος γενομένης, ἀνάγκη πάλιν, φησὶ* (Petrus apostolus), *τὴν τῶν ἀσε-*

55) in exercitatione de Stoica mundi exustione (Lips. 1676. 4.) p. 10.

56) stromm. 5, p. 599. B.

57) praep. euang. 13, 13. p. 676.

58) in exegesi ad septem epistolas catholicas, ad 2 Petr. 3, 5. p. 214.

Digitized by Google

βούντων φθορὰν διὰ τοῦ πυρὸς γενέσθαι. τὸ δὲ γενέσθαι τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς φθορὰν, οὐ μόνον Χριστιανοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς δοκεῖ· ὡς Ἡρακλείτῳ τῷ Ἐφεσίῳ, ὡς Ἐμπεδοκλεῖ τῷ Ἀιτναίῳ. Non de nihilo videtur esse, quod in his quoque semper componuntur Empedocles et Heraclitus [59]). De solo autem Empedocle *Georgius Cedrenus* [60]) refert haec: Ἐμπεδοκλῆς ἐδογμάτισε — ὅτι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς πῦρ αὖθις ἀναλύεται. Et *Pseudo-Origenes* [61]): Ἐμπεδοκλῆς ἔφη — συνεστάναι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι, ὡς σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες. Qui duo loci confirmare simul possunt emendationem verborum *Stobaei* supra [62]) a me propositam.

59) De quo Heracliti placito praeter *Tiedemannum* in System der stoischen Philosophie T. II. p. 99 — 108. et *Pfannerum* in Systemate theologiae gentilis purioris (Basil. 1679. 4.) p. 421. sq. legendae sunt *Gottfr. Olearii* dissertationes de principio rerum naturalium ex mente Heracliti, quae insertae sunt *Stanleii* historiae philosophiae latine versae p. 839 — 869. inprimis p. 848 sq.

60) T. I. chronic. p. 157. ed. Paris. 1647. fol.

61) philosophum. c. 3. p. 49.

62) § 9. ad n. 91. sq. p. 166. Cf. *Huetii* Alnetanae quaestiones 2, 21.

Digitized by Google

sentientem iungi animaduerteris, tum saltem verisimile fit, Aristotelem hanc de mundi per ignem interitu opinionem Empedocleam existimasse. Idem visum est *Iacobo Thomasio* [55]). Sed extant etiam alia, eaque luculentiora, de hac re testimonia. *Clemens Alexandrinus* [56]) et ex eo *Eusebius* [57]): οὐ παραπέμποµαι καὶ τὸν Ἐµπεδοκλέα, ὅς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως µέµνηται, ὡς ἐσοµένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν µεταβολῆς. σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης. *Oecumenius* [58]): δύο ὄντων τῶν συνεκτικωτάτων στοιχείων τοῦ παντὸς, ὕδατος καὶ πυρὸς, ἀφ' ὧν καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τὸ εἶναι λαµβάνουσιν, ἀὴρ µὲν, ἐξατµιζοµένων τῶν ὑδάτων, γῆ δὲ, συγκρινοµένων τῶν αὐτῶν, τῆς ἐξατµίσεως ὡς ἐκ πυρὸς καὶ τῆς συγκρίσεως οὐδενὸς τὸν νοῦν ἐχόντων ἀπιστοῦντος· δύο τοίνυν ὄντων καὶ πρότερον τῆς τῶν ἀσεβῶν φθορᾶς διὰ τοῦ ὕδατος γενοµένης, ἀνάγκη πάλιν, φησὶ (Petrus apostolus), τὴν τῶν ἀσε-

55) in exercitatione de Stoica mundi exustione (Lips. 1676. 4.) p. 10.

56) stromm. 5, p. 599. B.

57) praep. euang. 13, 13. p. 676.

58) in exegesi ad septem epistolas catholicas, ad 2 Petr. 3, 5. p. 214.

Digitized by Google

βούντων φθορὰν διὰ τοῦ πυρὸς γενέσθαι. τὸ δὲ γενέσθαι τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς φθορὰν, οὐ μόνον Χριστιανοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς δοκεῖ· ὡς Ἡρακλείτῳ τῷ Ἐφεσίῳ, ὡς Ἐμπεδοκλεῖ τῷ Ἀιτναίῳ. Non de nihilo videtur esse, quod in his quoque semper componuntur Empedocles et Heraclitus [59]). De solo autem Empedocle *Georgius Cedrenus* [60]) refert haec: Ἐμπεδοκλῆς ἐδογμάτισε — ὅτι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς πῦρ αὖθις ἀναλύεται. Et *Pseudo-Origenes* [61]): Ἐμπεδοκλῆς ἔφη — συνεστάναι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι, ὡς σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες. Qui duo loci confirmare simul possunt emendationem verborum *Stobaei* supra [62]) a me propositam.

59) De quo Heracliti placito praeter *Tiedemannum* in System der stoischen Philosophie T. II. p. 99 — 108. et *Pfannerum* in Systemate theologiae gentilis purioris (Basil. 1679. 4.) p. 421. sq. legendae sunt *Gottfr. Olearii* dissertationes de principio rerum naturalium ex mente Heracliti, quae insertae sunt *Stanleii* historiae philosophiae latine versae p. 839 — 869. inprimis p. 848 sq.

60) T. I. chronic. p. 157. ed. Paris. 1647. fol.

61) philosophum. c. 3. p. 49.

62) § 9. ad n. 91. sq. p. 166. Cf. *Huetii* Alnetanae quaestiones 2, 21.

Digitized by Google

Verum missa hac causa progrediendum potius est ad ea, quae Empedocles praeterea de ratione mundi sensisse narratur. Scilicet mundum dicitur putasse vnum esse, et exiguam partem vniuersi. *Plutarchus* [63]): *Ἐμπεδοκλῆς κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι. Stobaeus* [64]) eadem habet, nisi quod vltima exhibet sic: *τὸ δὲ λοιπὸν, ὕλην. Eusebius* [65]) pro his dedit: *τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι τὴν ὕλην.* Et Cel. *Beckius* etiam in *Plutarchi* loco edidit *τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν ὕλην*, et *Bruckerus* [66]) vertit *materia iners*, quasi eodem modo legerit. Sed fortassis defendi possit lectio *ἀρχήν*. Certe in loco illo *Philoponi*, quem infra ad n. 87. posui, *ἀρχὴ* et *ὕλη* synonyma sunt. *Stobaeus* iterum [67]): *Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἔκφαντος, Παρμενίδης — ἕνα τὸν κόσμον. Simplicius* [68]): *ὅσοι ἕνα τὸν κόσμον φασὶν, ὥσπερ Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς, οὐδεμίαν τῆς ἀπειρίας ἀνάγκην ἔχουσι.* Vnde ab eodem *Simpli-*

63) plac. philos. 1, 5.
64) eclog. phys. 18, p. 494.
65) de praeparat. euang. 15, 53.
66) hist. crit. philos. T. I. p. 1114.
67) l. l. p. 496.
68) ad *Aristot.* phys. 1, fol. 38. b.

Digitized by Google

cio [69]) *κόσμος πεπερασμένος* vocatur. Cum tamen reperiantur loci, in quibus Empedocles dicitur duplicem mundum posuisse, qualis est locus *Simplicii* [70]): *ὁ Ἐμπεδοκλῆς διάφορα τῶν παρ' αὐτῷ κόσμων τὰ εἴδη ἔλεγεν, ὥστε καὶ ὀνόμασι χρῆσθαι διαφόροις, τὸν μὲν σφαῖρον, τὸν δὲ κόσμον κυρίως καλῶν.* hoc quale sit, explicandum est. Nimirum si hanc Simplicii et similium traditionem pro vera habueris, Empedocles putandus erit alterum mundum intellexisse eum, quem nos quoque ita dicimus, adspectabilem omninoque in sensus cadentem, alterum *νοητὸν* et prioris exemplar statuisse. Illum nominasse legitur *κόσμον*, et plenum malorum existimasse. Saltem sic intelligenda arbitrabar verba *Pseudo-Origenis* [71]): *ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι, καὶ μέχρι δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου· οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν.* Legitur etiam apud *Stobaeum* [72]) docuisse, *ὡῷ παραπλησίως τὸν*

69) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 124. a.
70) ibid. 1, fol. 72. a.
71) philosophum. c. 4.
72) eclog. phys. 27. p. 566.

Digitized by Google

κόσμον κεῖσθαι, h. e. formam oblongam habere. Sed νοητὸν illum mundum appellasse Empedocles narratur σφαῖρον, quod nomen et masculino et neutro genere eum dixisse tradit *Simplicius*, quorum illud saltem, ὁ σφαῖρος, pro poetica forma habendum est [73]). Verba *Simplicii* sunt [74]): ὑπέθετο (Ἐμπεδοκλῆς) τόν τε νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων τῶν τεσσάρων συνεστῶτας. τὸν μὲν παραδειγματικῶς δηλονότι, τὸν δὲ εἰκονικῶς. καὶ ποιητικὰ αἴτια, τοῦ μὲν νοητοῦ τὴν φιλίαν, διὰ τῆς ἑνώσεως τὸν σφαῖρον ποιοῦσαν, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει, καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ,

σφαῖρον ἔην *)·

τοῦ δὲ αἰσθητοῦ, τὸ νεῖκος, ὅταν ἐπικρατῇ μὴ τελέως, διὰ τῆς διακρίσεως τὸν κόσμον τοῦτον ποιοῦν. Et alio loco [75]): Ἐμπεδοκλῆς περί τε τοῦ νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ διδάσκων, καὶ ἐκεῖνον τούτου πα-

73) *Schol. Arati* ad v. 33. vbi poeta Δίκτῳ posuit: ἔδει δὲ εἰπεῖν Δίκτη. ἀλλ' οἱ ποιηταὶ εἰώθασι τὰ γένη ἐναλλάσσειν, ὡς χώρα, χῶρος. ὠνὴ, ὦνος. Sic igitur σφαῖρα, σφαῖρος.

74) ad *Aristot.* phys. 8, fol. 258. a.

*) Eodem modo *Aratus* phaenom. 226. μήκιστα κύκλα dixit pro μηκίστους κύκλους.

75) ibid. 1, fol. 7. b.

Digitized by Google

ράδειγμα ἀρχέτυπον τιθέμενος, ἐν ἑκατέρῳ μὲν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν τῷ νοητῷ τῇ νοητῇ ἑνώσει κρατούμενα, διὰ φιλίας μᾶλλον συνάγεσθαί φησι· τὰ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, ὑπὸ τοῦ νείκους μᾶλλον διακρίνεσθαι. Vtrumque item mundum, auctoribus Aristotelis interpretibus, statuebat Empedocles aeternum esse, nempe ita, vt supra tribuimus ei opinionem de aeternitate mundi, h. e. vicibus alternis. *Simplicius* [76]): Ἐμπεδοκλῆς, εἰ μὲν κατὰ τὸ σχῆμά τις ἀκούοι τοῦ λόγου, ὡς ποτὲ μὲν σφαῖρον, ποτὲ δὲ κόσμον λέγοντος, δηλονότι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον αἰεὶ, καὶ κίνησιν ἐνόμιζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Item [77]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν ὑπὸ τῆς φιλίας ἡνωμένον νοητὸν κόσμον παραδιδοὺς αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου διακρινόμενον ὑπὸ τοῦ νείκους αἰσθητὸν, οὔτε γενητὰ ταῦτα οὔτε φθαρτὰ

76) ibid. 8, fol. 257. b.

77) ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 32. a.

Digitized by Google

κόσμον κεῖσθαι, h. e. formam oblongam habere. Sed νοητὸν illum mundum appellasse Empedocles narratur σφαῖρον, quod nomen et masculino et neutro genere eum dixisse tradit *Simplicius*, quorum illud saltem, ὁ σφαῖρος, pro poetica forma habendum est [73]). Verba *Simplicii* sunt [74]): ὑπέθετο (Ἐμπεδοκλῆς) τόν τε νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων τῶν τεσσάρων συνεστῶτας. τὸν μὲν παραδειγματικῶς δηλονότι, τὸν δὲ εἰκονικῶς. καὶ ποιητικὰ αἴτια, τοῦ μὲν νοητοῦ τὴν φιλίαν, διὰ τῆς ἑνώσεως τὸν σφαῖρον ποιοῦσαν, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει, καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ,

σφαῖρον ἔην *)·

τοῦ δὲ αἰσθητοῦ, τὸ νεῖκος, ὅταν ἐπικρατῇ μὴ τελέως, διὰ τῆς διακρίσεως τὸν κόσμον τοῦτον ποιοῦν. Et alio loco [75]): Ἐμπεδοκλῆς περί τε τοῦ νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ διδάσκων, καὶ ἐκεῖνον τούτου πα-

73) *Schol. Arati* ad v. 33. vbi poeta Δίκτῳ posuit: ἔδει δὲ εἰπεῖν Δίκτῃ. ἀλλ' οἱ ποιηταὶ εἰώθασι τὰ γένη ἐναλλάσσειν, ὡς χώρα, χῶρος. ὠνὴ, ὦνος. Sic igitur σφαῖρα, σφαῖρος.

74) ad *Aristot.* phys. 8, fol. 258. a.

*) Eodem modo *Aratus* phaenom. 226. μήκιστα κύκλα dixit pro μηκίστους κύκλους.

75) ibid. 1, fol. 7. b.

Digitized by Google

ράδειγμα ἀρχέτυπον τιθέμενος, ἐν ἑκατέρῳ μὲν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν τῷ νοητῷ τῇ νοητῇ ἑνώσει κρατούμενα, διὰ φιλίας μᾶλλον συνάγεσθαί φησι· τὰ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, ὑπὸ τοῦ νείκους μᾶλλον διακρίνεσθαι. Vtrumque item mundum, auctoribus Aristotelis interpretibus, statuebat Empedocles aeternum esse, nempe ita, vt supra tribuimus ei opinionem de aeternitate mundi, h. e. vicibus alternis. *Simplicius* [76]): Ἐμπεδοκλῆς, εἰ μὲν κατὰ τὸ σχῆμά τις ἀκούοι τοῦ λόγου, ὡς ποτὲ μὲν σφαῖρον, ποτὲ δὲ κόσμον λέγοντος, δηλονότι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον αἰεὶ, καὶ κίνησιν ἐνόμιζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Item [77]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν ὑπὸ τῆς φιλίας ἡνωμένον νοητὸν κόσμον παραδιδοὺς αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου διακρινόμενον ὑπὸ τοῦ νείκους αἰσθητὸν, οὔτε γενητὰ ταῦτα οὔτε φθαρτὰ

76) ibid. 8, fol. 257. b.

77) ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 32. a.

Digitized by Google

ἐν χρόνῳ φησὶν, ἀλλὰ τὸν μὲν νοητὸν κόσμον κατὰ τὸ ὂν ὑπάρχειν, τὸν δὲ αἰσθητὸν κατὰ τὸ γενόμενον. καὶ τοῦτον κατὰ διαδοχὴν φησιν ἀϊδίως κινεῖσθαι. Iohannes Philoponus [78]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς δύο τοὺς κόσμους εἶναι ὑπέθετο· τόν τε ἐκ τεσσάρων στοιχείων, τὸν αἰσθητὸν, καὶ τὸν σφαῖρον, τουτέστι τὸν νοητὸν, ὃν σφαῖρον ἐκάλει διὰ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεστράφθαι καὶ πρὸς τῷ ἑνὶ εἶναι μᾶλλον· οὓς καὶ μεταβάλλειν ἔλεγεν εἰς ἀλλήλους. ἐπικρατούσης μὲν γὰρ τῆς φιλίας, μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα εἰς τὸν σφαῖρον· ἐπικρατοῦντος δὲ τοῦ νείκους, τὸν σφαῖρον εἰς τὰ στοιχεῖα μεταβάλλειν. οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι οἱ κόσμοι εἰς ἀλλήλους μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας εἰς τοὺς κόσμους τούτους σημαίνων μεταβολήν. ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ καὶ ἑτεροποιὸς καὶ ταυτοποιὸς δύναμις, ὅταν μὲν κατὰ τὴν ταυτοποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ὃν ταυτοῦ κύκλον ὁ Πλάτων ἐκάλεσε, πρὸς τοῖς νοητοῖς γίνεται μᾶλλον· ταύτην δὲ τὴν δύναμιν, φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν, ὅτι ἡ φιλία

78) ad *Aristot.* phys. auscultt. 1. A, 10. Multas nugas hic immiscuisse *Philoponum*, quilibet videt.

Digitized by Google

ἑνοποιός ἐστιν· ὅταν δὲ κατὰ τὴν ἑτεροποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ἣν Πλάτων θατέρου μὲν κύκλον ἐκάλεσεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ νεῖκος, πρὸς τοῖς αἰσθητοῖς γίνεται. τὴν μὲν οὖν μεταβολὴν τῆς ψυχῆς κατὰ τὸν αἰσθητόν τε καὶ νοητὸν κόσμον, μεταβολὴν τῶν κόσμων ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν. Et rursus [79]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα ὑπετίθετο τὰ ὑλικὰ αἴτια· ταῦτα δὴ τὰ πολυθρύλλητα στοιχεῖα. — ποιητικὰ δὲ αἴτια, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, ἀλλ' οὐχ ἅμα, ἀλλ' ἀνὰ μέρος. τῆς μὲν γὰρ φιλίας ἐπικρατούσης, συνάγεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι τὰ στοιχεῖα, καὶ ποιεῖν τὸν νοητὸν κόσμον, ὃν σφαῖρον ἐκάλει· ὅταν δὲ πάλιν κατά τινα περίοδον ἐπικρατήσῃ τὸ νεῖκος, διακρίνεσθαι τὸν σφαῖρον ἐκεῖνον, καὶ ποιεῖν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ τοῦτον τὸν κόσμον.

Iam si quis quaerat, quid per Sphaerum illum verisimiliter intelligatur, dubium non videtur, quin viri docti recentiores [80]) recte intellexerint materiam siue chaos. Idem enim de Sphaero praedicatur, quod alias de chao.

79) ibid. C, 2. Multi loci similes passim supra allati extant, v. c. §. 9. ad n. 167. p. 198. §. 10. ad n. 21. 34.

80) vt *Scipio Aquilianus* p. 147. sq. *Bruckerus* in notis ad *Scip. Aquil.* p. 145. *Tiedemannus* Syst. des Emped. p. 63.

Digitized by Google

Scilicet σφαῖρος dicitur per φιλίαν e κόσμῳ oriri, et κόσμος per νεῖκος e σφαίρῳ. Videamus verba veterum. *Proclus* [81]): τὰ δὲ αὐτὰ (np. quae Parmenides) καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς. διττὸν γὰρ ποιεῖ τὸν σφαῖρον καὶ ἐκεῖνος, τὸν μὲν, αἰσθητὸν, ἐν ᾧ τὸ νεῖκος δυνασταύει, τὸν δὲ, νοητὸν, ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης συνεχόμενον. καὶ θατέρου τὸν ἕτερον εἰκόνα καλεῖ. *Simplicius* [82]): Ἐμπεδοκλῆς φιλίαν καὶ νεῖκος λέγων ἐκ μέρους κρατοῦντα, τὴν μὲν συγκρίνειν πάντα εἰς ἓν καὶ φθείρειν τὸν τοῦ νείκους κόσμον, καὶ ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ σφαῖρον· τὸ δὲ νεῖκος διακρίνειν αὖθις τὰ στοιχεῖα καὶ ποιεῖν τοιοῦτον (fort. leg. τοῦτον τὸν) κόσμον. Rursus [83]): εἰ ἐκ τούτου τοῦ κόσμου κόσμος γένοιτ' ἂν ἄλλος, ὁ καλούμενος σφαῖρος, ἤ, ὡς οἱ νῦν φασι, νέος, καὶ ἐξ ἐκείνου πάλιν ἄλλος, αὕτη ἀλλοίωσις ἂν εἴη κόσμου, καὶ οὐ γένεσις ἢ φθορά. εἰ γὰρ καὶ ἡ φιλία συνάγουσα τὰ στοιχεῖα τούτου τοῦ κόσμου διαλυομένου τὸν σφαῖρον ποιεῖ, κόσμος γε μὴν αὖθις ὁπωσοῦν ἔσται. Et alio loco [84]):

81) ad Timaeum 3, p. 160.
82) ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 68. b.
83) ibid. fol. 71. b.
84) ibid. 2, fol. 128. a.

Digitized by Google

ὑπὸ τοῦ νείκους διακρίνοντος τὰ στοιχεῖα τὸν κόσμον τοῦτον γενέσθαι φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὥσπερ ὑπὸ φιλίας τῆς συμφερούσης καὶ ἑνούσης αὐτὰ τὸν σφαῖρον. — μᾶλλον δὲ βιάζεται (Aristoteles) οἰόμενος τὸν κόσμον τοῦτον ὑπὸ μόνου τοῦ νείκους κατὰ Ἐμπεδοκλέα γίνεσθαι. ἴσως δὲ καὶ εἰ ὑπερισχύει ἐν τούτῳ τὸ νεῖκος, ὥσπερ ἐν τῷ σφαίρῳ ἡ φιλία, ἀλλ' ἄμφω ὑπ' ἀμφοῖν λέγει γίνεσθαι. *Alexander Aphrodisiensis* [85]): „Empedocles amicitiam incommode princi- „pium esse statuebat. Nam cum amicitiam „coactricem effectricemque Sphaeri vocat, hanc „efficientem causam statuere videtur. Rursus „materialem, cum eandem mixturae Sphaerique „partem esse facit." *Iohannes Philoponus* [86]): Ἐμπεδοκλῆς φησι τῆς φιλίας κρατούσης τὰ πάντα ἓν γίγνεσθαι, καὶ τὸν σφαῖρον ἀποτελεῖν ἄποιον ὑπάρχοντα, ὡς μηκέτι μήτε τὴν τοῦ πυρὸς, μήτε τῶν ἄλλων τινὸς σώζεσθαι ἐν αὐτῷ ἰδιότητα, ἀποβάλλοντος ἑκάστου τῶν στοιχείων τὸ οἰκεῖον εἶδος. ὥστε δηλονότι ἀφαιρετὰς ὑποτίθεται τὰς εἰδοποιοὺς διαφορὰς τῶν στοιχείων. ἔτι δὲ καὶ ἐξ ὧν φησιν αὐτὰς γίνεσθαι, ἐπειδὰν τοῦ

85) ad *Aristot.* metaphys. p. 400.

86) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, fol. 5. a.

Digitized by Google

σφαίρου γενομένου, καὶ πάντων εἰς αὐτὸν συνελθόντων, τὸ νεῖκος κρατήσῃ πάλιν. τότε γάρ φησιν ἐκ τοῦ σφαίρου ἑνὸς ὄντος καὶ ἀδιαφόρου σώματος, γίνεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, διαφορῶν τινων προσγινομένων δηλονότι καὶ παθῶν ἄλλων ἄλλῳ μέρει αὐτοῦ, αἷσισιν ἀλλήλων διορίζονται τὰ ἐξ ἐκείνου γινόμενα στοιχεῖα. ὥσπε εἰ γεγόνασι, καὶ ἀφαιρεθεῖεν ἄν, καὶ μάλιστα τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας ἔτι μαχομένων. ὥστε καὶ γένοιτ' ἂν ἐξ ἀλλήλων. — εἰ ἀδιάφορον παντελῶς τὸ τοῦ σφαίρου σῶμα ὑποτίθεται, καὶ ἀνὰ μέρος ποτὲ μὲν ἐπικρατεῖν τὸ νεῖκος καὶ ποιεῖν τὰ στοιχεῖα, ποτὲ δὲ τὴν φιλίαν καὶ ποιεῖν τὸν σφαῖρον, ἀνάγκη πᾶσα κατὰ ταύτας τὰς ὑποθέσεις, πάντα τὰ στοιχεῖα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα. ὅτε οὖν, φησιν, ἓν ἦν τὸ πᾶν, τουτέστιν ὁ σφαῖρος, οὔτε πῦρ ἦν ἐν αὐτῷ, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν καθ' ἕξιν. ἐπεὶ οὐκέτ' ἂν ἦν ἕν, ἀλλὰ δηλονότι ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐξέστη τοῦ εἶναι ὅπερ ἦν. καὶ μίαν οὐσίαν πάντα ἀπετέλεσε τὴν τοῦ σφαίρου. Rursus [87]): πρὸς Ἐμπεδοκλέα ἀποτείνεται (Aristoteles) ὡς ἀσύμφωνα ὑποτιθέμενον. ἀδη-

87) ibid. fol. 5. b.

Digitized by Google

λον γάρ φησι ποίαν χρὴ τίθεσθαι ἀρχὴν, ὅσον ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, πότερον τὸν σφαῖρον τῶν στοιχείων, ἢ ταῦτα τοῦ σφαίρου. ἦ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ σφαίρου ὡς ἐξ ὕλης τινὸς ἀποίου καὶ κοινοῦ ὑποκειμένου, κατὰ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους κίνησιν μεταβάλλοντα καὶ εἰδοποιούμενα γίνεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ταύτῃ δόξειεν ἂν ἐν ἀρχῆς καὶ ὕλης λόγῳ τὸν σφαῖρον τίθεσθαι· δεῖ γὰρ τὴν πρώτην ἀρχὴν ἄποιον εἶναι· ᾗ δὲ πάλιν ἐκ τῆς τῶν τεσσάρων συνθέσεως τῆς φιλίας συγκρινούσης τὸν σφαῖρον ἔλεγε γίνεσθαι, ταῦτα δὲ ἐκ τῆς ἐκείνου διαλύσεως, ἐν ἀρχῆς λόγῳ ἄν τις θείη τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· ἀρχῆς γὰρ ἴδιον τὸ ἁπλούστερον, ἁπλούστερα δὲ τὰ στοιχεῖα τοῦ ἐξ αὐτῶν συγκειμένου σφαίρου. σύνθετος γὰρ ἐκ τούτων ὁ σφαῖρος. Idem *Philoponus* post ea, quae supra §. 9. ad n. 174. p. 201. allata sunt, addit haec: τοῦ νείκους δὲ ἐπικρατήσαντος, ἐξεκρίθησαν ἐκ τοῦ σφαίρου τά τε στοιχεῖα καὶ τὰ τῶν συνθέτων εἴδη. Et alio loco [88]): Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῷ σφαίρῳ πάντα λέγων τὰ εἴδη μεμίχθαι ἐν τῇ πρώτῃ διακρίσει τοῦ σφαίρου καὶ τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, πρὶν

88) ad *Aristot.* phys. auscultt. 2. H, 13.

Digitized by Google

τελείως τὰ εἴδη διακριθῆναι ἀπ' ἀλλήλων, γενέσθαί τινα ἔλεγε σύμμικτα ζῶα, οἷα καὶ οἱ μῦθοι τοὺς κενταύρους ὑποτίθενται, τὰ μὲν ἄλλα ἵππου ἔχοντας, τὰ ἔμπροσθεν δὲ, λέγω δὴ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν, ἀνθρώπου. Ex his iam patet, cur a *Proclo* [89]) ὁ σφαῖρος dicatur τὴν μίαν ἕνωσιν περιέχειν τῶν θεῶν, h. e. elementorum.

A *Themistio* [90]) σφαῖρος nominatur αἴτιον ποιητικὸν, et alio loco [91]) ita de eo disseritur ab eodem: τοῦ μὲν οὖν αὐτοζώου, τουτέστι τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ, στοιχεῖα τὰ πρῶτα ἐποίουν τῶν εἰδητικῶν ἀριθμῶν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδέαν καὶ τὴν τῆς πρώτης δυάδος, καὶ τὴν τῆς πρώτης τριάδος, καὶ τὴν τῆς πρώτης τετράδος. — τὸ μὲν οὖν αὐτόζωον, τουτέστι τὸν κόσμον τὸν νοητὸν, ἐκ τῶν πρώτων ἐποίουν ἀρχῶν. Quem locum, etsi non diserte in eo fiat Empedoclis mentio, tamen huc referendum putaui, quoniam e prae-

89) ad Timaeum 1, p. 6. Cf. *Simplic.* ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 145. b. *Syrian.* ad *Aristot.* metaph. 2, fol. 8. b. et 32. b. *Ioh. Philopon.* ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, fol. 59. a. et ad metaph. 14, fol. 66. a. *Ioh. Sarisberiens.* metalog. 4, 31. p. 911. sq. ed. Lugd. Bat. 1639. 8. qui *sphaeram* vocat.

90) ad *Aristot.* phys. auscultt. 1, fol. 18. a.

91) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 66. b.

Digitized by Google

cedentibus apparet, etiam nostrum philosophum a Themistio intelligi.

Quin etiam deum nominasse Empedocles Sphaerum narratur, prorsus vt apud *Ciceronem* [92]) globus coelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, dicitur summus deus. *Simplicius* [93]): Θεὸν κατ' Ἐμπεδοκλέα λέγει Aristoteles, ἐκ τῶν στοιχείων ὄντα καὶ αὐτὸν, τὸν σφαῖρον. *Alexander Aphrodisiensis* [94]): „vno excepto, quem deum ille (Empedocles) „ac Sphaerum vocat, ab amicitia facto, res „omnes a discordia per ipsum (h. e. ex ipsius „sententia) efficiuntur, qui, praeter deum, „inquit, id est, praeter Sphaerum, quem vnum „quoque appellat." Causam addit *Simplicius* [95]): τὸν σφαῖρον Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ὑμνεῖ. ἐκεῖνος γὰρ μόνος τῶν συνθέτων τὸ νεῖκος οὐκ εἴσεται, ἐπεὶ οὐ συμπληροῦται ἐξ αὐτοῦ. Et *Themistius* [96]): συμβαίνει δὲ Ἐμπεδοκλεῖ καὶ ἀφρονέστατον ποιεῖν τὸν θεόν. ὁ μὲν γὰρ σφαῖρος αὐτῷ θεὸς, παριὼν (male editur παριῶν. Fort. leg. προϊὼν) ἐκ τῆς κατὰ τὴν φιλίαν συγκρίσεως, ἀμέτοχος δὲ ὢν τοῦ νεί-

92) somn. Scip. 4. v. *Macrob.* in h. l. 1, 17.

93) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 18. b. Alius eiusdem, qui huc pertineat, locus allatus est supra ad n. 74.

94) ad *Aristot.* metaph. p. 96. Cf. p. 372.

95) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 19. a.

96) ibid. fol. 72. a. b.

Digitized by Google

κους, οὐ γνωριεῖ μόνος τὸ νεῖκος· τὰ δὲ ζῶα καὶ θνητὰ πάντα, τῷ πάντων μετέχειν, ἅπαντα γνωριεῖ. *Alexander Aphrodisiensis* 97): „Postquam docuit (Aristoteles), Empedoclis „dicta inter sese pugnare, et eiusdem senten„tia discordiam a solo deo, vt cui non sit ex„istendi efficiens causa, abesse commemora„uit, ipsum hoc nomine damnat, quod deum „ceteris insipientiorem faceret, dum ceteris „omnium cognitionem tribueret, propterea „quod omnia in se principia continerent (si„mile namque a simili cognosci asserebat), „deum vero discordiae cognitione priuaret, „etiamsi aliorum intelligentia ipsum non ex„cluderet: nimirum quia, cum cetera princi„pia obtineret, discordia certe vacaret. Sed „quaerat aliquis, quomodo per Empedoclem „deum idcirco insipientiorem esse dicat, quod „non cuncta intelligat. — An idcirco insi„pientiorem Empedoclem (Leg. eum) esse di„cit, quia non plura intelligit, quam cetera? „Nam cum ipse ex elementis, praeterquam ex „discordia, gignatur, nihil aliud, licet prae„stantius sit, intelligit, quam ea ex quibus „constat, neque alia principia intelligit. — „Quodsi non magis discordia quam amicitia „interitus est causa, hac quoque ratione pro„babile fuerit, deum per Empedoclem ceteris

97) ad *Aristot.* metaph. p. 96.

Digitized by Google

„esse insipientiorem. Neque enim per ipsum „discordia est vitium quoddam egregium, vt „merito deus ipsum non intelligat. ipse enim „solus, cum sit compositio quaedam, discor„dia vacat.“ *Iohannes Philoponus* [98]): ἐπεὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, θεὸν καλῶν τὸν σφαῖρον, τὴν μὲν φιλίαν ἐπαινεῖ ὡς αἰτίαν τούτου τῇ πάντων συγκρίσει, τὸ δὲ νεῖκος ψέγει ὡς διακριτικὸν τοῦ θεοῦ (πρῶτα γὰρ ὄντα τὰ στοιχεῖα τοῦ σφαίρου ὑπὸ τῆς φιλίας συγκριθέντα πεποίηκεν αὐτὸν), ὁ Ἀριστοτέλης εἰς τοὐναντίον περιτρέπει τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὅτι μᾶλλον διακρίσεως ἐστὶν αἴτιον κατ' αὐτὸν· ἡ φιλία. εἰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων ὁ σφαῖρος γέγονεν, οὐ δήπου μενόντων ὡς ἔχουσι φύσεως, οὐκοῦν διέκρινεν ἀπ' αὐτῶν τὰς ἕκαστον (v. §. 10. ad n. 23.) πρὸ τοῦ σφαίρου χαρακτηριζούσας ποιότητας ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων αὐταῖς. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἓν εἶδος ἐλάμβανε πάντα τὸ τοῦ σφαίρου. εἰ οὖν διάκρισις ἐστὶν ὁ τοῦ εἴδους ἀπὸ τῆς ὕλης χωρισμὸς, τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡ φιλία, διακρίσεως ἄρα μᾶλλον ἐστὶν αἰτία. τὸ δὲ θεοὶ δὲ καὶ ταῦτα, τουτέστι

98) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, fol. 59. a. Similis eius locus extat ad *Arist t.* metaph. 3, fol. 10. b. Cf. *Syrian.* ad *Aristot.* metaph. 2, fol. 33. b.

Digitized by Google

τὰ στοιχεῖα. καὶ οὐ μόνον ὁ σφαῖρος θεός. μήποτε δὲ τοῦτο εἶπεν δηλῶν, ὡς οὐ μᾶλλον ἐπαινετὴ ἡ φιλία ὡς ποιοῦσα τὸν σφαῖρον θεὸν ὄντα, ὡς ψεκτὴ διακρίνουσα τὰ στοιχεῖα καὶ φθείρουσα. θεοὶ γὰρ καὶ ταῦτα. Sed cum hi omnes in mente habuerint verba *Aristotelis* [99]): συμβαίνει δὲ Ἐμπεδοκλεῖ γε καὶ ἀφρονέστατον εἶναι τὸν θεόν. μόνος γὰρ τῶν στοιχείων ἓν οὐ γνωριεῖ τὸ νεῖκος, τὰ δὲ θνητὰ πάντα· ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον. Quaeritur, an recte nomen θεὸς explicauerint de Sphaero. Sane *Iohannes Philoponus* [100]), τινὲς δὲ, inquit, ἐπὶ τῆς φιλίας τὸν θεὸν ἐξέλαβον, ὅτι ὁ θεὸς, ὃν φησιν (οὗτος δέ ἐστιν αὐτῷ ἡ φιλία) τὸ νεῖκος ἅτε ἐναντίον ὂν οὐ γνωριεῖ. Ipsum quidem vidimus in hanc partem inclinare, vt interpretetur materiam, vel saltem dicat, partem Sphaeri esse materiam [101]). Nam etiamsi Empedocles nomine σφαῖρος vsus sit in suis carminibus, id quod ex horum reliquiis patebit, vix tamen reperietur locus, vbi sic positum sit, vt, vtra notio et potestas ei sit tribuenda, perspicue appareat. Quae ipsa causa efficit, vt recte liceat dubitare, an Empedoclea

99) de anima 1, 5. Cf. metaph. 2, 4. vbi similia dicit.
100) ad *Aristot.* de anima l. l. F, 3. (fol. 42. a.)
101) ad *Aristot.* metaph. 12, fol. 53. a. Cf. fol. 49. a.

Digitized by Google

putari debeat haec de mundo duplici opinio. *Bruckerus* quidem, vbi eam commemorauit [102]), haec adiicit verba: „recentiores Platonici su„specti testes sunt." Et alio loco [103]) plura in hanc sententiam disputat, vt demonstret, Platonicorum recentiorum et Eclecticorum esse hoc inuentum. Neque facile quisquam de his refellere Bruckerum audebit. Sed tamen, cum etiam de aliis placitis consentiat philosophia Neo - Platonica et Eclectica cùm Empedoclea, v. c. de amicitia et discordia [104]), cumque etiam duplicem solem statuisse Empedocles legatur [105]): parum abest quin in eam inclinem sententiam, vt nonnulla ex iis, quae tradidisse vidimus *Proclum* et caeteros, quorum verba supra apposui, pro veris habenda esse arbitrer. Certe istam de Sphaero doctrinam valde celebratam olim et in vsu communi frequentem fuisse, docet his verbis *Eustathius* [106]): ἰστέον καὶ ὅτι παρὰ τὴν σφαῖραν, ἣ παρώνυμον ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος, πέπαικταί τινι παλαιῷ εἰς ἄσωτον βραχυήλικα τὸ, Χαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν· οὕτω

102) hist. crit. philos. T. I. p. 1117.

103) ibid. p. 395. sq.

104) v. *Brucker.* l. l. T. II. p. 421.

105) v. §. 13. ad n. 43. sqq.

106) ad Odyss. 2, p. 1554, 1. Cf. *Gataker.* ad *Antonin. Philos.* 12, 3.

Digitized by Google

συνεστρόγγυλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ. [107]) Non vero sic intelligi volo, vt mundi adspectabilis exemplar fuisse dicatur mundus νοητὸς siue σφαῖρος, quae ratio haud dubie excogitata est ab Eclecticis et recentioribus Platonicis, qui in quolibet antiquiori systemate philosophiae cuperent inuenire aliquid, quod simile esset Platonis ideis, atque adeo etiam Orpheo idem dogma tribuerent [108]), sed, vt dixi, σφαῖρον explicandum puto de rudi et indigesta materia. Huic meae sententiae non leue, opinor, pondus accedit ex verbis Pythagorei cuiusdam, a *Clemente Alexandrino* [109]) seruatis, vbi κύκλος nominatur hoc vniuersum. Quidni potuerit Empedocles vocabulo σφαῖρος vti, quanquam in alium sensum deflexo?

Cum igitur Empedocles materiam siue chaos pro deo habuerit, manifestum est, quod iam supra (§. 7.) ostendere conatus sum, eum non recte atheis annumerari, sed potius, si quid ei crimini dandum, pantheismi crimine accusandum esse. Quale quid iam *Philoponus* [110])

107) Est pars carminis *Alexidis*, et apud *Athenaeum* 4, p. 165. E. ita legitur:

Ἐπιχαριδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις
Σφαῖραν ἐποίησεν τὴν πατρῴαν οὐσίαν·
Οὕτω συνεστρόγγυλλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ.

108) v. *Brucker.* l. l. T. I. p. 395 sq.

109) admonit. ad gentes p. 47. C.

110) ad *Aristot.* phys. auscultt. 3, 4. L, 2. 3.

Digitized by Google

subodoratus videtur, vbi dicit: ὅσοι, φησὶ (Aristoteles), τῶν πάλαι φυσιολόγων μὴ ἀπέβλεψαν εἰς τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὥσπερ Ἀναξαγόρας μὲν εἰς τὸν νοῦν, ὃν ποιητικὸν εἶναι αἴτιον ἔλεγεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ εἰς τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, οὗτοι ἦν ὑπέθεντο ὕλην εἶναι τῶν πάντων, ἄπειρόν τε αὐτὴν ὑπέθεντο τῷ μεγέθει, καὶ ἀγέννητον, καὶ ἄφθαρτον. καὶ ταύτην εἶναί τι θεῖον, ὅπερ καὶ διακυβερνᾶν πάντα, καὶ ἐπισατεῖν τῇ τῶν ὅλων συστάσει, ἀθάνατόν γε ὂν καὶ ἀνώλεθρον. — καὶ οὐδέν γε θαυμαστόν, φησιν, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς περιόδῳ, τοὺς πρώτους μὴ ἐπιστήσαντας τῇ ἐφεστηκυίᾳ τῶν ὅλων δυνάμει ἓν τῶν στοιχείων, ὅπερ ἂν ὑπώπτευεν ἕκαστος αἴτιον τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι, τοῦτο εὐθὺς καὶ θεὸν ὑπονοῆσαι. ὥσπερ οὖν αὐτοὶ εἰς τὸ ὑλικὸν μόνον ἀποβλέψαντες, τοῦτο πρῶτον αἴτιον τῶν ὄντων πάντων εἶναι ὑπώπτευσαν· οὕτω δηλαδὴ καὶ Ἀναξαγόρας μὲν τὸν νοῦν ἀρχὴν τῶν ὄντων πάντων ὑπετίθετο, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Quamuis enim Empedoclem defendere et laudare videatur, tamen reuera eius amicitiam et discordiam itidem referendas esse ad materiam, supra me satis demonstrasse opinabar. Omnino autem

Digitized by Google

nullus veterum philosophorum certam et claram et distinctam Dei notionem animo informatam habuisse putandus est, etiamsi Deos esse fere cuncti crediderint. Sed aliis aliud significabant dii, ita vt non raro, significatu hoc eruto, eos statuisse aliquid appareat, quod, si ex nostris de diuina natura notionibus iudices, non admodum abhorreat ab Atheismo ex nostra philosophia spectato, vel saltem a Pantheismo. Quodsi atheus putandus proprie esset Empedocles, non ille materiae tribuisset vitam et vim sentiendi aliasque virtutes diuinas, sed illas oriri e materia inanimata finxisset. Quibus non perpensis factum est, vt minus recte Empedoclis de diis sententiam referrent veteres, v. c. *Macrobius* [111]), „antiquitas, inquiens, et imagines et simula„cra formarum talium prorsus alienis (numi„nibus), et aetates tam incrementi quam dimi„nutionis ignaris, et amictus ornatusque va„rios corpus non habentibus assignauit. Se„cundum haec Pythagoras ipse atque Empe„docles, Parmenides quoque et Heraclitus, de „iis fabulati sunt." Quanquam alii ex ipsis Empedoclis verbis docent, eum non inepte de numine diuino sensisse, vt *Ammonius* [112 a]): *ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς ἐπιῤῥαπίζων τοὺς περὶ θεῶν ὡς ἀνθρωποειδῶν ὄντων παρὰ*

111) in somn. Scip. 1, 2. extr.

112 a) ad *Aristot. περὶ ἑρμηνείας* fol. 54. a.

Digitized by Google

τοῖς ποιηταῖς λεγομένους μύθους, ἐπήγαγε προηγουμένως μὲν περὶ Ἀπόλλωνος, περὶ οὗ ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος [112 b]), κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τοῦ θείου παντὸς ἁπλῶς ἀποφαινόμενος. Et *Tzetzes* [113]):

νοῦν ἐπὶ θείας φύσεως κυρίως φαμὲν μόνον,
ἐπὶ θεοῦ, ἀγγέλων τε, καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων,
ὡς Ξενοφάνης ἔγραψε τοῦτο καὶ Παρμενίδης,
Ἐμπεδοκλῆς τῷ τρίτῳ τε τῶν φυσικῶν, δεικνύων,
τίς ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, κατ' ἔπος οὕτω λέγων [114]·
οὐ τόδε τι θεός ἐστιν, οὐ τόδε τε καὶ τόδε [115],
„ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον,
„φροντίσι πόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν."

Quae verba haud scio an explicari sic debeant: *deus est mens sacra* siue *veneranda et ineffabilis* siue *admiranda, cura sua totum mundum complectens.* Nam paulo ante vidimus, *Philoponum* quoque iis philosophis, qui materiam pro deo haberent, tribuere eam sententiam, vt statuerent, τὴν ὕλην διακυβερνᾶν πάντα,

112 *b*) Haec quo pertineant, intelligi potest ex iis quae dixi §. 6. ad n. 32. sqq.

113) chiliadd. 7, 520. sqq.

114) Alii minus bene habent λέγει.

115) Hic quoque est versus politicus *Tzetzae*, non Empedocleus, quo ille breuiter significare voluit, non hoc vel illud Empedoclem pro deo habuisse, np. non membra humana, quod apparet ex ipsis Empedoclis versibus, quos non solum *Ammonius* l. l. seruauit, sed etiam *Tzetzes* chill. 13, 81. sqq. v. infra vers. 295 — 299.

Digitized by Google

καὶ ἐπισατεῖν τῇ τῶν ὅλων συστάσει. Iam si *Ammonius* et *Tzetzes* vere Empedoclis verba retulerunt, de quo vix dubitari videtur posse, putem in isto loco *Sexti Empirici* [116]): Πυθαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς — θεὸν ἀπολείπουσιν, verbum ἀπολ. interpretandum esse *in scriptis suis produnt* siue *tradunt*. Saltem hoc sensu aliquoties legi verbum ἀπολείπειν apud *Philonem*, docent lexica, et tale exemplum e *Plutarcho* habes paulo post *).

Videtur autem Empedocles a summo deo distinxisse τοὺς δαίμονας, hosque sibi finxisse multo quam illum viliores ac deteriores. Sed tamen cum daemonas rerum terrestrium administratores existimasse auctor est *Pseudo-Origenes* [117]): Ἐμπεδοκλῆς — καὶ περὶ δαιμόνων φύσεως εἶπε πολλὰ, ὡς ἀναστρέφονται διοικοῦντες τὰ κατὰ τὴν γῆν ὄντες πλεῖστοι. Deteriorem vero daemonum conditionem significare videtur *Plutarchus* [118]) his verbis: τὸ μὲν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις μὴ θεοὺς, οἷς ἀπηλλάχθαι τῶν περὶ γῆν προσῆκόν ἐστιν, ἀλλὰ δαίμονας, ὑπηρέτας θεῶν,

116) adu. Mathematt. 9, 64.

*) ad n. 126.

117) philosophum. c. 3. Omnino multa de daemonum a diis et hominibus discrimine disputant *Hierocles* et *Theodor. Marcilius* ad aur. carmm. vers. 1 — 3.

118) de defectu oraculor. T. II. opp. p. 418. E. siue c. 16.

Digitized by Google

οὐ δοκεῖ μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι· τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις, μονονουχὶ ῥάγδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας καὶ ἄτας καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Videmus igitur, Empedoclem daemonibus varia vitia et peccata tribuisse, ob quae essent ipsis non raro graues poenae luendae. Laudat hunc *Plutarchi* locum bis *Eusebius* [119]), sed respicit ad eundem etiam *Theodoretus* [120]), vbi dicit, sacerdotes oracula edentes προλέγειν οὐδὲν ἀληθές· ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων, ὧν τὸν ἀτμὸν καὶ τὴν ἐπίπνοιαν ἔχειν νεανιεύονται, πολλὰ δεινὰ καὶ χαλεπὰ προαγγέλλειν, οὐ μόνον ἄτας καὶ πλάνας, ἀλλὰ καὶ θανάτους ἀνθρώποις παραπλησίως· καὶ τὰ ἔπη δὲ, οὐκ ἔκ τινος θειασμοῦ καὶ κατοχῆς λέγειν, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους συλλῶντας ποιήσεως. Qui locus *Theodoreti* facit, vt priora quoque *Plutarchi* verba, vbi daemones dicuntur oraculis praesidere et deorum ministri esse, referri posse ad Empedoclis doctrinam videantur. Caeterum pro aduerbio ῥάγδην,

119) praep. euang. 5, 4. p. 185. et 5, 17. p. 205. sq.
120) de Graec. affect. curatione diss. X. Vol. IV. p. 952.

Digitized by Google

quod est in loco *Plutarchi*, et quod fortassis interpretari liceat *raptim*, vel *temere*, in margine Cod. Venet. 2. est δράγμην, et *Wechelius* suspicatur δράγδην, h. e. *plena iniecta manu* [121]). Quod vero de daemonum peccatis atque adeo poenis dictum est, id confirmatur alio loco *Plutarchi* [122]), quem et ipsum transscripsit in suum opus *Eusebius* [123]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας ὧν ἐξαμάρτωσι [124]) καὶ πλημμελήσωσιν — ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες [125]), αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. Eandem ob causam videtur Empedocles daemonas nominasse φαύλους. Quam in rem rursus *Plutarchus* [126]) audiendus est: φαύλους δαίμονας οὐκ Ἐμπεδοκλῆς μόνον ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος. Item [127]): ὃ μόνον ἀκήκοα τῶν Ἐπικουρείων λεγόντων πρὸς τοὺς εἰσαγομένους ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαί-

121) in priore *Eusebii* loco vitiose scribitur ῥάδην.

122) de Iside et Osir. c. 26. T. II. opp. p. 361. C. Versus Empedoclis, qui post πλημμελ. sequuntur, dedi §. 15. ad n. 73.

123) l. l. 5, 5. p. 187.

124) *Euseb.* habet ὧν ἂν ἐξαμαρτήσωσιν.

125) *Euseb.* haec tria verba οὕτω κ. καθαρθ. omittit.

126) de defectu oraculorum c. 17. T. II. opp. p. 419. A.

127) ibid. c. 20. T. II. p. 420. D.

Digitized by Google

μονας, ὡς οὐ δυνατόν ἐστι φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας, μακαρίους καὶ μακραίωνας εἶναι, πολλὴν τυφλότητα τῆς κακίας ἐχούσης, καὶ τὸ περιπτωτικὸν τοῖς ἀναιρετικοῖς [128]), εὐήθές ἐστιν. Ex his locis recentiores viri docti collegisse reperiuntur varia. Alii enim, vt *Erasmus* [129]), *Pfannerus* [130]), *Tiedemannus* [131]), primum Empedoclem dicunt distinxisse daemonas siue genios bonos et malos, quorum hi perniciem nobis molirentur, illi iuuare res nostras studerent. Et sane hoc videatur deriuari posse e magica Persarum disciplina, quam imbibisse eum supra (§. 3. ad n. 48.) ostendimus. Sed tamen ex ipsius Empedoclis verbis vix poterit demonstrari, et Thaletem ipsumque Pythagoram iam ante Empedoclem de illo discrimine exposuisse tradit *Plutarchus* [132]). Possit quidem illam virorum doctorum sententiam iuuare *Plutarchus* [133]), vbi dicit: οὐ γὰρ, ὡς ὁ Μένανδρός φησιν,

128) *Xylander* non male vertit *procliuis ad ea, quae interimunt, lapsus.*

129) ad *Terent.* Phorm. 1, 2, 24.

130) in Systemate theologiae gentilis p. 176.

131) ap. *Harlesium* ad *Fabric.* biblioth. graec. Vol. I. p. 810.

132) vel quisquis auctor est libri de plac. philos. 1, 8.

133) de animi tranquillitate c. 15. T. II. p. 474. B.

Digitized by Google

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
ἀγαθός, —

ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, δίτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. At primo nihil hic legitur de distinctione genii boni et mali. Deinde *Plutarchus* docere ibi voluit, nihil in vita humana esse absolute bonum, *καθαρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἀμιγὲς*, omnia potius *ἀντιστοιχείας* habere, h. e. alterum alteri, vt elemento elementum, semper aduersari, bonaque malis mixta esse. Denique ipsa verba Empedoclis, quae *Plutarchus* subiunxit, non de geniis, qui vulgo ita vocantur, loqui manifestum est, sed de sensibus et affectionibus et virtutibus humanis, in personas quidem mutatis, quemadmodum omnino daemones in philosophia Empedoclea reuera nihil sunt nisi animi humani. quanquam ne daemonum quidem nomine ipse Empedocles reperiatur de iis, quas dixi, affectionibus vsus esse, et *Plutarchus*, vt paulo post apparebit, nomine *παθῶν* easdem explicet. Versus Empedoclei sunt:

ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἠλιόπη τανάωπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἰσχρή τε, Θόωσά τε, Δηναΐή τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια 134).

134) De hoc loco cf. supra §. 4. ad n. 55. sq.

Digitized by Google

Tum addit *Plutarchus* haec: *ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν ἀνακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης, εὔχεται μὲν ὁ νοῦν ἔχων τὰ βελτίονα, προσδοκᾷ δὲ καὶ θάτερα.*

Patet igitur, comparanda potius haec numina esse cum Cabbalistarum decem Sephiris (סְפִירוֹת) *) quas *Buxtorfius* [135]) explicat vel *decem positiones primas et mysticas de proprietatibus, notionibus siue attributis diuinis*, vel *typum et formam omnium entium*, *Bruckerus* autem [136]) *fontes lucidos ex primogenito homine* (אָדָם קַדְמוֹן) *exortos, per quos prodierint res omnes coelestes, spirituales, angelicae, et materiales.* Et alio loco [137]) interpretatur *aeonas, ideas, effluxus, emanationes, formas, et quaecunque alia philosophorum hac de re vocabula occurrant.* Per aeonas autem [138]) intelligit *virtutes illas substantiales, quae ex Deo egressae et emanantes diuinam quidem naturam et essentiam habent, at suo tamen modo et peculiari*

*) id quod iam vidit *Caesar Longinus* in Trino magico s. secretorum magicorum opere, p. 589. ed. Frcf. 1614. 12.

135) in lexico Talmudico p. 1535.

136) hist. crit. philos. T. II. p. 992.

137) ibid. p. 904.

138) ibid. p. 647. Cf. eiusdem *Bruckeri* diss. exeget. ad locum Pauli ad Ephes. 2, 1. 2. (in Tempe Heluetica T. II. p. 58 — 75.) inprimis p. 66.

Digitized by Google

quadam existendi ratione a suo fonte diuersam. Cabbalistae enim, vt recte obseruare videtur *Villoisonus*, vir longe doctissimus ac celeberrimus, in literis ad me humanissime datis, multa acceperunt e schola Alexandrina Platonicorum ad orientalium philosophiam reformatorum: quod illorum doctrina de λόγῳ siue mente diuina, caeterarum rerum omnium fonte, luculenter demonstrat [139]). Quare idem *Bruckerus* [140]) commendari posse putat eorum opinionem, qui Sephiras ex notione verbi סָפַר / *numerauit*, conferant cum numeris Pythagorae siue ideis Platonis. Sed ostendit simul, non omnino aptam esse hanc comparationem, quia Pythagorici non in ipsis numeris, quae symbola tantum philosophica fuerunt, sed in formis virtutibusque substantialibus ex Deo emanantibus principia haec posuerint, neque adeo Cabbalistae ad numerandi rationes et proportiones attendere potuerint. Et paulo post [141]) Sephiras dictas putat a luce et splendore, vnde etiam sapphirus gemma nomen habeat, quia Sephirae ex luce infiniti, ceu radii ex sole, emanarint. Ipsae autem Sephiroth [142]) sunt hae: כֶּתֶר / *corona*, חָכְמָה /

139) Vberius de eadem re exposuit *Bruckerus* hist. crit. philos. T. II. p 924 — 949. inprimis p. 937. sqq.

140) ibid. p. 1003.

141) ibid. p. 1004

142) de quibus earumque appellatione luculenter agit

Digitized by Google

sapientia, בִּינָה / *prudentia*, גְּבוּרָה / *robur*, גְּדוּלָה / *magnitudo*, תִּפְאֶרֶת / *pulchritudo*, נֶצַח / *victoria*, הוֹד / *gloria*, יְסוֹד / *fundamentum*, מַלְכוּת / *regnum*. Comparemus iam locum *Phurnuti* siue potius *Cornuti*, et vix dubium erit, quin recte contulerim locos Empedocleos cum Sephiris Cabbalisticis, nisi quod in his nulla apparet oppositio et contrarietas, per quam Empedocles videtur indicare voluisse perpetuum et indissolubilem boni malique in rebus humanis nexum. Verba *Cornuti* sunt [143]): οὗτοι (Titanes) δ' ἂν εἶεν διαφοραὶ τῶν ὄντων, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐξαριθμεῖται, φυσώ τε καὶ φθιμένην, εὐναίην τε, καὶ ἔγερσιν, κινώ τε, καὶ ἀστεμφῆ, πολυστέφανον, καὶ μεγιστὼ, φορίην, καὶ σοφὴν, καὶ ὁμφάλην, καὶ πολλὰς ἄλλας, τὴν εἰρημένην ποικιλίαν τῶν ὅλων αἰνιττόμενος. In Codice MS. apud *Galeum* ad h. l. versus ordinati sunt sic:

Bruckerus l. l. p. 1002 — 1022. Cf. *Reuchlin.* de arte cabalistica, quod opus editum est vna cum *Petri Galatini* de arcanis catholicae veritatis libris 12. Frcf. 1672. fol. lib. 3. p. 734. sq. *C. A Heumanni* Acta philosophorum, T. I. p. 241 — 245. *W. C. Kriegesmanni* wahre u. richtige Cabalah, Frcf. et Lips. 1774. 8. et *Ioelis Loewii* Bemerkung. über die Sephiroth, vornehmlich das יְסוֹד und den cabalistischen Baum, in *Eichhornii* allgem. Biblioth. der bibl. Literatur, Vol. V. fascic. III.

143) de natura deor. c. 17. p. 176. ed. *Gale* in Opuscc. mytholog.

Digitized by Google

Φυσώ τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη, καὶ Ἔγερσις,
Καινώ τ' ἀστέμφης τε πολυστέφανός τε Μεγίστω,
καὶ Φερίη (al. *Φορύη*), *Σόφη τε καὶ Ὀμφαί.*

In Codice Parisiensi, olim regio, 2720. cuius, vt sequentium codicum, collationem debeo *Villoisono*, ita legitur: *ὡς γὰρ Ἐμπεδοκλῆς φυσικῶς ἐξαριθμεῖται·*

Φυσώ τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη, καὶ Ἔγερσις,
Καινώ τ' ἀστημφὴς, πολυστέφανός τε Μεγίστω·
καὶ Φορίην, σοφήν τε, καὶ ὀμφαίην.

Cod. reg. 3052. habet *ἀστυμφῆ* pro *ἀστεμφῆ*, et *Μεγιστὼ* pro *Μεγίστω*. Vterque autem legit *ποικιλίαν τῶν ὄντων* pro *π. τ. ὅλων*. Codex Florentinus Laurentianus Mediceus, qui est 37 plutei 31: *ὡς γὰρ Ἐμπ. ἐξαριθμ.*

Φύσω τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐν. κ. Ἔγ.
Καίνω τ' ἀστέμφης τε, πολυστέφανός τε Μεγίστω
καὶ Φορίη, Σόφη τε, καὶ Ὀμφάλη, καὶ πολλὰς etc.

Alius codex Florentinus, qui est 20 plutei 56:

καὶ Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη τε, καὶ Ἔγερσις,
Κινώ τ', ἀπέμφης τε, πος τ. (sic) *Μῳ* (sic)
καὶ Φορίη, Σοφίη τε καὶ Ὀμφάλη.

Quemadmodum igitur in Sephiris est בֶּתֶר / חָכְמָה et בִּינָה / גְּ-וּרָה et גְּדוּלָה / תִּפְאֶרֶת / יְסוֹד / sic hic apud Empedoclem *πολυστέφανος*, *Σόφη* siue *Σοφίη*, *Μεγίστω*, *Καλλίστω*, *ἀστεμφὴς*, et vt ibi apparet אָדָם קַדְמוֹן / *homo primus*, quem in media arbore cabbalistica

Digitized by Google

ponendum censuerunt, ita hic est Φυσώ. Illustrari etiam res potest verbis *Procli* [144 a]) his: ἄξιον δὲ μὴ ἐκεῖνο παραλιπεῖν, ὅτι μιμεῖται (ὁ Πλάτων) τοὺς θεολόγους, πρὸ τῆς κοσμοποιΐας τὸ πλημμελὲς καὶ ἄτακτον ὑφιστάς. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι πολέμους τε καὶ στάσεις εἰσάγουσι τῶν Τιτάνων πρὸς τοὺς Ὀλυμπίους, οὕτω δὴ καὶ ὁ Πλάτων δύο ταῦτα προϋποτίθεται, τό τε ἄκοσμον καὶ τὸ κοσμοποιὸν, ἵνα θάτερον κοσμηθῇ, καὶ μετάσχῃ τῆς τάξεως. ἀλλ' ἐκεῖνοι θεολογικῶς.

Alii viri docti, vt *Wierus* [144 b]), *Huetius* [145]), *Gale* [146]), *Chr. Gottli. Schwarzius* [147]), vestigia lapsus, quem theologi vocant, angelorum inuenisse in doctrina Empedoclea, ducibus locis *Plutarchi* supra allatis, sibi visi sunt. Quae opinio refutatione vix eget, quamuis verba

144 *a*) ad Timaeum 2, p. 119, 7. Cf. quae *Plutarchus* de Is. et Osir. c. 47. refert e Persarum disciplina, et c. 77. ex Aegyptiaca.

144 *b*) de praestigiis daemonum 1, 1. p. 35.

145) in Alnetanis quaestionibus de concordia rationis et fidei 2, 4. p. 153. ed. Lips. 1692. 4. siue p. 105. ed. Frcf. et Lips. 1719. 4.

146) in notis ad *Sallust.* de diis et mundo c. 12. in eius opuscc. mytholog. p. 266.

147) in dissert. de lapsu primorum humani generis parentum a paganis adumbrato, Altorf. 1730. 4. p. 11. sq.

Digitized by Google

Plutarchi in alio loco [148]) non parum ei fauere videantur. *Plutarchus* enim, ὁ δὲ ἅπαξ ἐνειλῃθεὶς, inquit, μένει χρεώστης διαπαντὸς, ἄλλον ἐξ ἄλλου μεταλαμβάνων ἀναβάτην, ὥσπερ ἵππος ἐγχαλινωθείς· ἀποφυγὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐκείνας καὶ τοὺς λειμῶνας, ἀλλὰ πλάζονται, καθάπερ οἱ θεῖοι καὶ οὐρανοπετεῖς ἐκεῖνοι τοῦ Ἐμπεδοκλέους δαίμονες. Cui vero haec legenti non in memoriam reuocentur ea, quae dicta sunt in Apocalypsi [149])? quanquam ne hic quidem de lapsu angelorum agi, certissime mihi persuasum habebam.

Quid igitur? Num nihil omnino definiri constituiue potest de Empedoclis circa numen diuinum sententia? Scilicet nihil certi. Fortasse vidit ille, vnum deum esse, sed diserte id dicere non ausus mox σφαῖρον eum nominauit, mox τὸ ἕν, mox νεῖκος, mox πῦρ, mox ita descripsit, vt, qui non essent obesae naris, veram eius sententiam possent odorari. Daemonas potuit viliores fecisse, vt, quam parum fidendum putaret oraculis, ostenderet. Verum cum non nesciam, quam incerta et lubrica sit haec opinio, aliorum iudicia rectiora libentissime me amplexurum esse profiteor [150]).

148) de vitando aere alieno c. 7. T. II. opp. p. 830. F.

149) 12, 8. sq

150) Cf. quae infra dixi de animis §. 15.

Digitized by Google

§. 12.

Sequitur, vt, quae de praecipuis mundi adspectabilis partibus Empedocles statuisse dicatur, consideremus. Et in his quidem primum locum sibi poscere iure quodam suo videntur ignis, aqua, aër, terra.

Ignem quidem dicebat ille ortum esse post aetherem, et propter huius densitatem sursum ferri, non tamen semper. De quà eius opinione etsi iam supra [1]) exposuerim, tamen nec hoc loco ea praetermittenda videbatur. *Plutarchus* [2]) et ex eo *Eusebius* [3]) de ordine, quo elementa orta sint, ita disserit: Ἐμπεδοκλῆς, τὸν μὲν αἰθέρα, πρῶτον διακριθῆναι (np. per discordiam e materia), δεύτερον δὲ, τὸ πῦρ· ἐφ' ᾧ τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς (*Euseb.* τῆς σφαίρας), ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ· ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα. Eodem fere modo *Eusebius* alio loco [4]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ πρώτης φησὶ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως ἀποκριθέντα τὸν ἀέρα, περιχυθῆναι κύκλῳ· μετὰ δὲ τὸν ἀέρα, τὸ πῦρ ἐκδραμὸν, καὶ οὐκ ἔχον ἑτέραν χώραν ἄνω ἐκτρέχειν ὑπὸ

1) §. 9. ad n. 107. sqq.
2) de placitis philos. 2, 6.
3) praep. euangel. 15, 37.
4) ibid. 1, 8. p. 24.

Digitized by Google

τοῦ περὶ τὸν ἀέρα πάγου. E quibus locis intelligi possunt haec verba *Eustathii* [5]): τὸ ἀνόπαια — δοκεῖ τισι ἀντὶ τοῦ ἀνωφερὴς εἶναι, ὡρμημένοις ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους, εἰπόντος ἐπὶ πυρὸς τὸ, καρπαλίμως ἀνόπαιον. ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι καὶ οὐδετέρου γένους ἐστὶ τὸ ἀνόπαιον, h. e. *sublime tendens, altum petens.* Omnino de isto ortus elementorum ordine legendus est *Ocellus Lucanus* [6]). Cum *Lucretio*, cuius locum §. 9. laudaui, consentit *Iohannes Philoponus* [7]). Caeterum ex Empedoclis sententia ignem dominari in oculo dicit *Vincentius Bellouacensis* [8]), h. e. oculum vim videndi maxime ab igni accipere. Verba *Vincentii* sunt: „Ad probandum Aristotelis „sententiam et imitantium eum, quod aqua „videlicet dominetur in oculos, plures sunt „rationes. — verbi gratia, si dominaretur „ignis in oculo, sicut dixerunt Empedocles

5) ad Odyss. α, p. 1419.

6) de Vniuerso p. 522 — 526. ed. *Gale* in Opuscc. mytholog. Cf. *Aug. Fr. Guil. Rudolphi* diss. qua exhibetur adornandae editionis Ocelli Lucani ratio et obseruationum maxime criticarum ad eum specimen, Viteb. 1794. 4. p. 17 — 19. it. *Scipio Aquilian.* p. 151 — 153. et *Tiedemann.* Syst. des Emp. p. 49. sq.

7) in locis §. 9. ad n. 163. et 173. allatis. Cf. *Themist.* ad *Aristot.* de coelo 3, 7. fol. 52. a.

8) in Speculo naturali 25, 37. Cf. infra plura, vbi de visu ago.

Digitized by Google

„et Plato, — tunc accideret, quod lux egre„diens ab oculo medium illuminaret, et se„cundum hoc colores in tenebris videri con„tingeret, quod vtique non habet.“ Lucem secundum Empedoclis sententiam versari ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος (h. e. τοῦ οὐρανοῦ), ἡμᾶς δὲ λανθάνειν, auctor est *Aristoteles* [9]), cuius verba ita illustrat idem *Philoponus* [10]): δείξας ὅτι οὐκ ἔστι σῶμα τὸ φῶς, ἐγκαλεῖ τοῖς οὕτως ὑπειληφόσιν, ὧν ἐστι καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὃς ἔλεγεν ἀπορρέον τὸ φῶς σῶμα ὂν ἐκ τοῦ φωτίζοντος σώματος γίνεσθαι πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τῆς τε γῆς καὶ οὐρανοῦ, εἶτα ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, λανθάνειν δὲ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ κίνησιν διὰ τὴν ταχύτητα. — τὸ ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμὰς κινεῖσθαι ἀνεπαισθήτως, τῷ ὄντι μέγα λίαν αἴτημα. δι' ὧν δὲ ἀντιλέγει πρὸς Ἐμπεδοκλέα, δείκνυσι πάλιν ὅτι οὐκ ἔστι σῶμα τὸ φῶς. εἰ γὰρ ἦν σῶμα, κινήσεως αὐτῷ ἔδει ἵνα ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὲ κινήσεως, καὶ χρόνου· πᾶσα

9) de anima 2, 7.

10) ad *Aristot.* l. l. K, 16. (fol 80. b.) Cf. *Themist.* ad eundem *Aristotelis* locum fol. 79. a. e quo sua hausisse videtur *Philoponus.* Sed ap. *Themist.* male editur ταχυτῆτα pro ταχύτητα. Cf. etiam *Aristot.* meteorol. 1, 3. et infra §. 13. ad n. 28. sq.

Digitized by Google

γὰρ κίνησις ἐν χρόνῳ· νῦν δ' ἅμα φωτίζεται καὶ τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ πόῤῥω τοῦ φωτίζοντος ὄντα. Quid de nocte statuerit Empedocles, docet *Eusebius* [11]): εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι. De coelo et reliquis rebus coelestibus, quarum tractatio cum hac de igni doctrina cohaeret, dicam paulo inferius.

Aquae autem originem paulo ante verbis *Plutarchi* et *Eusebii* tradidi, nimirum ex terra nimis incitatae conuersionis impetu compressa. Empedoclem aquae primum frigidum tribuisse narrat *Plutarchus* [12]): καὶ τὰ αἰσθητὰ ταυτὶ προανακινῆσαι βέλτιόν ἐστιν, ἐν οἷς Ἐμπεδοκλῆς τε — καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὰς οὐσίας τίθενται τῶν δυνάμεων· οἱ μὲν Στωικοὶ, τῷ ἀέρι τὸ πρώτως ψυχρὸν ἀποδιδόντες, Ἐμπεδοκλῆς δὲ — τῷ ὕδατι. Omnium succorum siue saporum genera in sese continere aquam putabat Empedocles. *Aristoteles* [13]): ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ

11) praeparat. euang. 1, 8. p. 24.
12) de primo frigido T. II. opp. p. 948. C.
13) de sensu c. 4.

Digitized by Google

Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ἢ ὕλην τοιαύτην ἐνεῖναι, οἷον πανσπερμίαν χυμῶν etc. *Alexander Aphrodisiensis* [14]): ὡς Ἐμπεδοκλεῖ δοκεῖ, ἀνάγκη τὸ ὕδωρ ἔχειν ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γένη πάντων τῶν χυμῶν, τουτέστι πάντα τὰ εἴδη τῶν χυμῶν ἐγκαταμεμιγμένα, ἀναίσθητα δὲ διὰ σμικρότητα, τουτέστι διαφεύγοντα τὴν αἴσθησιν διὰ σμικρότητα. — κατὰ τὴν Ἐμπεδοκλέους δόξαν, προϋπάρχουσιν οἱ χυμοὶ ἐνεργείᾳ ἐν τῷ ὕδατι. Thermarum siue calidarum aquarum originem ita explicabat, auctore *Seneca* [15]), vt existimaret ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere, si subiecti sunt solo, per quod aquis transcursus est. „Facere solemus, „addit *Seneca*, dracones et miliaria et com„plures formas, in quibus aeri tenui fistulas „struimus, per decliue circumdatas: vt saepe „eundem ignem ambiens aqua per tantum „fluat spatii, quantum efficiendo calori sat „est. Frigida itaque intrat, effluit calida. „Idem sub terra Empedocles existimat fieri: „quem non falli credent ii, quibus balnearia „sine igne calefiunt.“ Mare dicebat esse

14) ad *Aristot.* l. l. fol. 105. b. Latine haec legas in *Nic. Leonici Thomaei* commentario ad *Aristot.* parua quae vocant naturalia (Paris. 1530. fol.) p. 56. sq.

15) natural. quaestt. 3, 24.

Digitized by Google

ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν, teste *Plutarcho* [16]). Eadem fere habent *Galenus* [17]) et *Eusebius* [18]), nisi quod ille omittit verba διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν, et hic legit διὰ τὴν ἐπὶ τὸ πλεῖον πίλησιν, quae verba *Bruckerus* [19]) vertit *nimia eius compressione*, quanquam non nisi *Plutarchi* locum laudauit, vbi *Reiskius* reponi iubebat καῦσιν. Verum propter ea, quae supra ad n. 2. sq. adscripsi, vix dubito quin vera sit *Eusebii* lectio. Poeticam esse rationem illam Empedoclis, non physico dignam, qui debet rerum causas scrutari, recte ostendit *Aristoteles* [20]): γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οἴεταί τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. πρὸς ποίησιν μὲν γὰρ οὕτως εἰπὼν, ἴσως εἴρηκεν ἱκανῶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ, ποιητικόν· πρὸς δὲ τὸ γνῶναι φύσιν, οὐχ ἱκανῶς. Consentiunt eius interpretes, vt *Olympiodorus* [21]): εἰ μὲν πρὸς ποίησιν ἀποβλέπων Ἐμπεδοκλῆς τῇ δι' ἀλλή-

16) plac. philos. 3, 16. Cf. *Lucret.* 5, 488. sq.
17) hist. philos. c. 22.
18) praep. euangel. 15, 59.
19) hist. crit. philos. T. I. p. 1120.
20) meteorol. 2, 3.
21) ad *Aristot.* l. l. fol. 34. a.

Digitized by Google

λων δείξει ἐχρήσατο, φήσας τὸν ἱδρῶτα θάλατταν ζώου εἶναι, καὶ τὴν θάλατταν ἱδρῶτα γῆς, ἴσως συγχωρητέον αὐτῷ ὡς ποιητῇ· εἰ δέ γε φυσικῶς τοῦτο εἶπεν, οὐ συγχωρητέον. πρῶτον μὲν ἀσαφὴς ἡ διάλληλος ὑπάρχει δεῖξις. ἔπειτα δὲ τίς (ita enim legendum est pro τὶς) ἡ ἀποκλήρωσις, ἵνα πρῶτον μὲν ἱδροῦσα ἡ γῆ ποιήσῃ τὴν θάλατταν, νῦν δὲ ἱδροῦσα μὴ καὶ ἄλλας ποιήσῃ. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δῆλον, πῶς ἐκ γλυκέος γίνεται ἱδρώς. καὶ τὸ ἄλλο δὲ ζητητέον, πῶς γίνεται ἁλμυρὸν τὸ ἐν τοῖς ζώοις περίττωμα. Et *Alexander Aphrodisiensis* [22]): τινές φασιν οἷον ἱδρῶτα τινὰ τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλασσαν. θερμαινομένην γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ταύτην ἀφιέναι τὴν ὑγρότητα· διὸ καὶ ἁλμυρὰν αὐτὴν εἶναι. ταύτης τῆς δόξης Ἐμπεδοκλῆς γέγονε. Item [23]): γελοῖον δέ φησιν εἶναι, καὶ τὸ ἡγεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἀποδεδωκέναι τῆς ἁλμυρότητος τῆς θαλάττης, τοὺς εἰπόντας ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλασσαν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει. οὐδὲ γὰρ σαφῶς τοῦτο ὁ εἰπὼν λέγει. πρὸς μὲν γὰρ ποίησιν ἴσως

22) ibid. fol. 91. a. b.
23) ibid. fol. 96. a.

Digitized by Google

ἱκανῶς (mallem ἱκανὸν) τὸ οὕτως εἰπεῖν· ποιητικὸν γὰρ, τὸ χρῆσθαι μεταφορᾶς (leg. μεταφοραῖς). οὐδὲ γὰρ εἰ εἴποι τις πάλιν τὸν ἱδρῶτα τοῦ σώματος τῶν ζώων, θάλασσαν, τί ποτέ ἐστιν ὁ ἱδρὼς εἴρηκεν, ὁμοίᾳ κεχρημένος τῇ μεταφορᾷ. ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἄδηλος ἡ ποιότης ἡ τοιαύτη, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἱδρῶτος ἄδηλον, διὰ ποίαν αἰτίαν, γλυκέος ὄντος τοῦ πόματος, ἁλμυρὸς γίνεται ὁ ἱδρώς· πότερον ἀπελθόντος τινὸς καὶ συναναλωθέντος μόνον ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ σῶμα οἷον τοῦ γλυκυτάτου, ἢ συμμιχθέντος χυμοῦ τινος αὐτῷ ἀπὸ τοῦ σώματος, καθάπερ τοῖς διὰ τέφρας ἠθουμένοις ὕδασιν, ἢ δι' ἄμφω. ταυτὸν δὲ αἴτιον φησὶν (Aristoteles) ὃ ἐπὶ τοῦ ἱδρῶτος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ εἰς τὴν κύστιν ἀθροιζομένου περιττώματος εἶναι. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτου αὐτὸ πικρόν τε καὶ ἁλμυρὸν γίνεται, γλυκέος ὄντος τοῦ πινομένου. Sed quamuis per illam metaphoram poeticam nullo modo rem explicari fatendum sit, putem tamen Empedoclem non omnino neglexisse causas physicas, etiamsi ex eius carminibus neque Aristoteles, neque alius scriptor antiquus locum aliquem, qui ad explanandam rem pertineat, seruauerit. Nam saltem causam aliquam phy-

Digitized by Google

sicam attulisse legitur, cur in mari sit dulcis quaedam aqua, qua pisces alantur. *Aelianus* [24]): *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος λέγει τι εἶναι γλυκὺ ἐν τῇ θαλάττῃ ὕδωρ, οὐ πᾶσι δῆλον, τρόφιμον δὲ τῶν ἰχθύων· καὶ τὴν αἰτίαν τοῦδε τοῦ ἐν τῇ ἅλμῃ γλυκαινομένου λέγει φυσικὴν, ἣν ἐκεῖθεν εἴσεσθε.* Eodem modo *Plinius* [25]) causam, cur piscium genus omne praecipua celeritate adolescat, maxime in Ponto, reddit multitudinem amnium, dulces inferentium aquas. Et alio loco [26]), „dulcis," inquit, „haustus in mari plurimis locis, vt „ad Chelidonias insulas, et Aradum, et in „Gaditano Oceano."

Aërem quando ortum esse statuerit Empedocles, supra statim ab initio paragraphi vidimus. Videamus iam, quae praeterea de eo sensisse fertur. Et primo quidem putabat, eum non semper tendere ad supremas regiones. Testis est *Aristoteles* [27]): *Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἀεὶ τὸν ἀέρα ἀποκρίνεσθαι ἀνωτάτω φησὶν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχῃ.* Dicebat etiam, aërem cessisse solis impetui siue motui, atque tum vrsas se inclinasse, et boreales

24) hist. animm. 9, 64.

25) hist. nat. 9, 15.

26) ibid. 2, 103.

27) physic. 2, 4. Cf. *Simplic.* ad h. l. fol. 81. a. et quae supra §. 9. ad n. 158. et 163. attuli.

Digitized by Google

quidem partes erectas fuisse, australes vero depressas, sicut totum mundum. *Plutarchus* [28]): Ἐμπεδοκλῆς, τοῦ ἀέρος εἰξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια [29]) ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον. Eadem habent *Eusebius* [30]), *Stobaeus* [31]) et *Galenus* [32]), praeterquam quod *Eusebius* μὲν ante βόρεια omittit, et apud eundem et apud *Stobaeum* scribitur καθὸ καὶ etc. et hic exhibet ἐπικλιθῆναι. Credidit igitur Empedocles, vt docte obseruauit Cel. *Heeren* *), coelum duabus constare naturis, ignea et aërea, has esse duabus coeli regionibus separatas, et illam aestus, hanc frigora efficere. Anni autem tempestates iis ita effici, vt impulsu solis altera pars mundi, borealis, deprimatur, eoque igneam naturam extolli et superiorem euadere, quo aestas efficitur; hieme vero borealis iterum extollatur, altera deprimatur. Perhibetur item disputasse Empedocles, vtrum aër infinitus esset, an finitus. *Auctor dialogi, qui*

28) plac. philos. 2, 8.

29) *Bruckerus* l. l. T. I. p. 1117. τὰς ἄρκτους vertit *septentriones*, atque adeo τὰ βόρεια *partes iis vicinas.*

30) praep. euang. 15, 39.

31) eclog. phys. 16, p. 358.

32) hist. philos. c. 11.

*) ad *Stobae.* ecl. phys. 9, p. 263.

Digitized by Google

inscribitur Sisyphus [33]): οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀέρος Ἀναξαγόραν τε καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μεταρσιολέσχας ἅπαντας οἶσθα ζητοῦντας πότερον ἄπειρός ἐστιν, ἢ πέρας ἔχων; Ratione facultatis producendi siue gignendi seiungebat aërem a terra, et vtrique suas partes tribuebat, ita vt ille esset germinum auctor, haec radicum. *Theophrastus* [34]): ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς διαιρεῖ καὶ μερίζει, τὴν μὲν γῆν εἰς τὰς ῥίζας, τὸν δ' αἰθέρα εἰς τοὺς βλαστούς, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου χωριζόμενον, ἀλλ' ἐκ μιᾶς ὕλης, καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου γεννῶντος. Denique aërem et aquam nominabat Νῆστιν αἴγλην. Νῆστιν μὲν, διὰ τὸ ὑγρὸν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν· αἴγλην δὲ, ὡς διαφανῆ, vt inquit *Simplicius* [35]). *Iohannes Philoponus* [36 a]): σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῆς Νήστιδος, παρὰ τὸ νάειν, τὸ ὑγρὸν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος· διὰ δὲ τῆς αἴγλης,

33) in *Platonis* opp. T. III. p. 389. a. Alia dicendi locus est infra, vbi ipsa Empedoclis verba attuli.

34) de causis plantarum 1, 13. Cf. paulo post ad not. 46. sq.

35) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 18. b.

36 *a*) ad eundem locum F, 1. (fol. 41. a.) Cf. supra §. 9. extr.

Digitized by Google

τὸ διαφανές. Possumus in hac interpretatione acquiescere. Quanquam, cum Aegle apud *Virgilium* [36 b]) sit Naiadum vna, formula Empedoclea videatur potius aquam solam significare. Dubium enim est, vtrum nominatiuus constituendus sit *Νῆστις αἴγλη*, id quod a veteribus grammaticis factum videmus, an potius *Νήστιδος αἴγλη*, h. e. *Νῆστις αἰγλήεσσα*.

Terram denique dicebat ortam esse tertio loco, nempe post aërem et ignem, et natura ferri deorsum, verum non semper: de quibus omnibus supra veterum verba attuli. Praeter haec terram putabat medium mundi locum occupasse, et ab initio quidem circumactam fuisse, sed velocissimam coeli circa terram contortionem effecisse, vt haec fixa maneret neque amplius moueretur. *Aristoteles* [37 a]): *ὅτι δὲ μένει (ἡ γῆ), ζητοῦσι τὴν αἰτίαν, καὶ λέγουσιν, — ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν κύκλῳ περιθέουσαν καὶ θᾶττον φερομένην, τὴν τῆς γῆς φορὰν κωλύειν, καθάπερ τὸ ἐν τοῖς κυάθοις ὕδωρ* [37 b]).

36 *b*) eclog. 6, 21.

37 *a*) de coelo 2, 12.

37 *b*) Praestigiatores tale quid facere consueuisse, ostendit *Simplicius* ad *Aristot.* l. l. p. 128. *περιφερομένων γὰρ ἄγαν τῶν κυάθων ὑπὸ τῶν θαυματοποιῶν, ὡς νῦν τῶν κυλίκων κάτω τῷ χαλκῷ πολλάκις ἐπάνω τῶν κυάθων*

Digitized by Google

καὶ γὰρ τοῦτο, κύκλῳ τοῦ κυάθου φερομένου, πολλάκις κάτω τοῦ χαλκοῦ γινόμενον, ὅμως οὐ φέρεται κάτω, πεφυκὸς φέρεσθαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. In sequentibus refellit Empedoclem. Item alio loco [38]): εἰ κινούμενον τὸ κωλύον φέρεσθαι, καθάπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, τὴν γῆν ὑπὸ τῆς δίνης ἠρεμεῖν, ποῦ ἂν ἐφέρετο; Simplicius [39]): οὐδὲ διὰ τὴν ταχεῖαν τοῦ αἰθερίου σώματος περιφορὰν μειουμένης τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν βαρεῖαν οὖσαν φορᾶς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἥ τε τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ἀΐδιος διαμένει, καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐδόκει λέγειν. Item [40]): τῶν λεγόντων τὸν κόσμον πεπερασμένον, οἱ πλεῖστοί φασι τὴν γῆν κεῖσθαι ἐν τῷ μέσῳ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς. Rursus [41]): τῶν περὶ Ἐμπεδοκλῆ, οἵ τινες τὴν τοῦ οὐρανοῦ περιδίνησιν τῆς μονῆς τῆς γῆς αἴτιον ποιοῦνται. Item [42]): ἐπὶ τὸ μέσον συνελθεῖν φασι τὴν

ἢ τῆς πύλικος γενόμενον τὸ ὕδωρ, ὅμως οὐ φέρεται κάτω διὰ τὴν δίνησιν.

38) ibid. 3, 2.

39) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 91. b.

40) ibid. fol. 124. a.

41) ibid. fol. 126. b.

42) ibid. fol. 128. a.

Digitized by Google

γῆν πάντες, ὅσοι τοῦ κόσμου γένεσιν παραδιδόασιν. οὐ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μόνον. Deinde repetit fere verba Aristotelici loci illius, quem priore loco exscripsi paulo ante. Idem facit *Themistius* [43]): „Empedocles coeli „motum, qui in orbem fertur, ac maiore ce„leritate, rectum terrae motum, qui deorsum „instituitur, cohibere dicit, terramque vndi„que ad medium compellere." Caeterum hoc ipsum dogma Empedocleum, quamuis non nominato Empedocle, refert etiam *Plato* [44]). Denique illam Empedoclis opinionem, qua terram putasse radicum causam a *Theophrasto* perhibebatur [45]), reprehendit *Aristoteles* [46]): Ἐμπεδοκλῆς οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προστιθεὶς αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένων, διὰ τὸ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν· ἄνω δὲ διὰ τὸ πῦρ ὡσαύτως· οὔτε γὰρ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καλῶς λαμβάνει· οὐ γὰρ ταυτὸ πᾶσι τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τῷ παντί. *Simplicius* [47]): οὐδὲ ἐν τοῖς ζῶσι διὰ τὴν τῶν στοιχείων φορὰν ἡ αὔξησις, ὡς ἐν τοῖς φυτοῖς

43) paraphras. in libb. *Aristot.* de coelo 2, 12. fol. 35. b.

44) in Phaedone T. I. opp. p. 99. B.

45) v. supra ad n. 34.

46) de anima 2, 4. De quo et *Theophrasti* loco v. *Marsil. Cagnati* varr. obseruatt. 1, 4.

47) ad *Aristot.* l. l. fol. 31. a.

Digitized by Google

δοκεῖ λέγειν Ἐμπεδοκλῆς· διὰ μὲν τὴν γῆν κάτω κινουμένην τὴν ῥίζωσιν, διὰ δὲ τὸ πῦρ τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω αὔξησιν.

§. 13.

Iam quid Empedocles de coelo rebusque coelestibus senserit, ducibus scriptoribus antiquis exponendum est. Et primo quidem aiunt, etiam Empedoclem coelum putasse crystallinum. *Diogenes Laertius* [1]): τὸν οὐρανόν φησι κρυσταλλοειδῆ. *Achilles Tatius* [2]): Ἐμπεδοκλῆς κρυσταλλώδη τοῦτον (np. τὸν οὐρανὸν) εἶναί φησιν, ἐκ τοῦ παγετώδους συλλεγέντα. *Plutarchus* [3]), *Eusebius* [4]), *Stobaeus* [5]) et *Galenus* [6]): Ἐμπεδοκλῆς στερέμνιον εἶναι τὸν οὐρανὸν [7]), ἐξ ἀέρος συμπαγέντος [8]) ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδῶς, τὸ [9]) πυρῶδες καὶ ἀερῶδες [10]) ἐν ἑκατέρῳ τῶν

1) 8, 77.

2) introd. in Arat. c. 5. p. 128. C. (p. 76. ed. Antuerp. 1703. fol.)

3) plac. philos. 2, 11.

4) praep. euangel. 15, 42.

5) eclog phys. 24, p. 500.

6) hist. philos. 12.

7) *Galen.* στερ. τὸν οὐρ. ὑπάρχειν οἴεται.

8) *Stob.* παγέντος. *Euseb.* paulo post ὑπὸ τοῦ πυρ.

9) *Gal.* κρυσταλλοειδοῦς, τό τε πυρ.

10) *Stob.* καὶ τὸ ἀερ.

Digitized by Google

ἡμισφαιρίων περιέχοντα [11]). Hoc ipsum placitum tetigit etiam *Lactantius* [12]): „An, si „mihi quis dixerit, aeneum esse coelum, aut „vitreum; vt Empedocles ait, aërem glacia„tum; statimne adsentiar, quia, coelum ex „qua materia sit, ignorem?" Ita edidit *Bünemannus*. Alii legunt „aut vitreum, aut, vt „Emp." Alii „aut vitr. vt Emp. aut aërem „gl." At cum κρύσταλλος significet *glaciem*, facile iudicari de vera lectione a quolibet potest. Coelum ab Empedocle, vt videtur, simpliciter nominatum fuit ὁ περιέχων [13]) et ὁ κρύσταλλος [14]). Quorum nominum ratio e superioribus patet cuique. Ex aethere ortum esse coelum, dicitur Empedocles apud *Plutarchum* [15]) et *Eusebium* [16]) statuisse. Quae traditio potest videri probabilior. Cum enim aër proximas circa terram regiones occupauerit, astra ibi esse non possunt. Docuisse quoque legitur, coelum non ortum esse per

11) *Galen.* ἑκάτερα τὰ ἡμισφαίρια περιέχειν.

12) de opificio Dei 17, 6. p. 1207. ed. *Bünemann.*

13) v. supra §. 12. ad n. 9. et 10. et infra §. 14. ad n. 36. Cf. *Plutarch.* quaestt. Rom. c. 5. extr. Sic *Parmenides* ap. *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 614. A. οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα. *Heliodorus* Aethiop. 3, 13. *aërem* vocat τὸ περιέχον.

14) v. *Euseb.* praep. euang. 15, 30. *Plutarch.* plac. philos. 2, 13.

15) plac. philos. 2, 6.

16) praep. euang. 15, 37.

Digitized by Google

amicitiam [17]). Cur non deorsum feratur coelum, siue cur nunquam desinat eodem modo moueri, causae loco afferebat physicam potius necessitatem. *Simplicius* [18]): *οἱ δὲ φυσικὴν ἀνάγκην ἀντὶ αἰτίου τιθέασι, διατὶ μὴ φέρεται κάτω (ὁ οὐρανὸς), δηλονότι τὴν περιφορὰν ὑπερισχύουσαν τῆς οἰκείας ῥοπῆς ἧττονος οὔσης, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι καὶ Ἀναξαγόρας.* Quae verba paulo luculentiora videntur, quam quae dicit *Aristoteles* [19]): *διὰ τὴν δίνησιν θάττονος τυγχάνοντα (τὸν οὐρανὸν) φορᾶς τῆς οἰκείας ῥοπῆς, ἔτι σώζεσθαι τοσοῦτον χρόνον, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν (οὐχ ὑπολεπτέον).* De distantia coeli ac terrae sententiam Empedoclis ita refert *Stobaeus* [20]): *Ἐμπεδοκλῆς τοῦ ὕψους τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἕως οὐρανοῦ, ἥτις ἐστὶν ἀφ' ἡμῶν ἀνάτασις, πλείονα εἶναι τὴν κατὰ τὸ πλάτος διάστασιν, κατὰ τοῦτο τοῦ οὐρανοῦ μᾶλλον ἀναπεπταμένου, διὰ τὸ ὠῷ παραπλησίως τὸν κόσμον κεῖσθαι.*

Solem putabat Empedocles ortum esse repercussu lucis coelestis ad terram. *Plutar-*

17) *Aristotelis* hanc in rem verba iam supra exhibui §. 10. ad n. 116. p. 249. sq.

18) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 91. a.

19) de coelo 2, 1.

20) ecl. phys. 27. p. 566.

Digitized by Google

chus [21]): ὑμεῖς τοῦ Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν [22]) ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον. Sed alio loco, si quidem est *Plutarchi* [23]), quem *Eusebius* quoque habet [24]), sol dicitur ex igni ortus esse. Quare Empedocles apud *Diogenem Laertium* [25]) legitur solem nominasse πυρὸς ἄθροισμα μέγα. Aduersari his videntur alia *Eusebii* verba [26]), vbi ex Empedoclis mente ita de sole disputat: ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀνταν-άκλασις, ὁμοία τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ. Scilicet videtur Empedocles putasse, solem non esse lucem primigeniam, sed lucis receptaculum, vt obseruauit magnus *Grotius* [27]). Solis autem lucem siue radios prius in locum inter solem et terram intermedium, quam ad visum vel in terram peruenire existimabat. *Aristoteles* [28]): Ἐμπεδοκλῆς φησιν ἀφιπνεῖσθαι πρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ

21) de Pythiae oraculis c. 12. T. II. opp. p. 400. B. Cf. infra post n. 50. p. 329.

22) *Wyttenbach.* corrigi iubet τὸν ἥλιον περιαυγῆ.

23) plac. philos. 2, 6.

24) praep. euang. 15, 37.

25) 8. 77.

26) praep. euang. 1, 8. p. 24.

27) de veritate religionis Christ. 1, 16. p. 36. sq. ed. *Ioh. Clerici* Amst. 1709. 8. Cf. infra ad n. 43 — 50.

28) de sensu c. 6.

Digitized by Google

μεταξὺ, πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν, ἢ ἐπὶ τὴν γῆν. Et probatur haec sententia Aristoteli, cuius verba vberius interpretatur *Alexander Aphrodisiensis* [29]): λέγει Ἐμπεδοκλῆς, τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς, πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς γῆς γίνεσθαι, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ γῇ. — ὥστε καὶ ἡ ἀκτὶς ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου οὕτως ὡς φησιν Ἐμπεδοκλῆς ὁρᾶτο (leg. ἑωρᾶτο vel ὁρᾶται) οὐκ εὐθὺς τῷ τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι, οὐδὲ ἅμα ὑπὸ πάντων οἷς ἀνέτελλεν, ἀλλ' ἐν χρόνῳ καὶ πλείονι τοῖς ποῤῥωτέρω οὖσιν. Haud dubie igitur, cum ita statueret Empedocles, in mente habuit eximiam luminis solaris celeritatem. Solis porro circuitu circumscribi mundi terminum putabat. *Plutarchus* [30]): Ἐμπεδοκλῆς τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν [31]) εἶναι περιγραφὴν τοῦ κόσμου, καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ. Paulo melius hoc placitum refert *Stobaeus* [32]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν τοῦ ἡλίου περίδρομον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου. Fortassis Empedocles voluit significare, vniuer-

29) ad *Aristot.* l. l. fol. 116. b. Cf. quae de luce retuli §. 12. ad n. 9. et 10. p. 309.

30) plac. philos. 2, 1.

31) Hoc nomen *Bruckerus* hist. crit. philos. T. I. p. 1116. non bene vertit *sphaeram.*

32) eclog. phys. 22. p. 440.

Digitized by Google

sum mundum, etiam vltimas eius partes, luce solis illustrari, atque adeo, quocunque splendor iste non penetraret, ibi mundum esse desinere siue finiri. Cur vero sol non recto prorsus tramite moueatur, hanc causam afferebat, quod sol impediatur a sphaera eum continente et a tropicis circulis. *Plutarchus* [33]) et *Galenus* [34]): Ἐμπεδοκλῆς ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν (np. τὸν ἥλιον) σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν [35]), καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων [36]). Iam quamuis hodie constet et vero etiam ex parte olim constiterit inter astronomos, solem nunquam vltra Tropicos euagari, atque in septentrionalibus Zodiaci signis diutius morari, quam in australibus, et quo longius a terra absit, verbi causa dum e Cancro transit in Libram, eo lentius moueri videri: non tamen putem, ex hac sententia interpretandum esse placitum Empedoclis, verum potius ex illa eiusdem opinione, qua statuebat, coelum esse corpus solidum et crystallinum, quo aër et sol cum stellis continerentur [37]). Quamuis item multi veterum motu circulari mundum moueri crediderint ab ortu ad occasum, solem vero ab

33) plac. philos. 2, 23.

34) hist. philos. c. 14.

35) *Galenus*: μέχρι πόλων εὐθ.

36) *Galenus* addit εἰργόμενον.

37) v. supra ad n. 3. sqq. omninoque infra ad n. 43 — 51.

Digitized by Google

occasu ad ortum [38]): nolim tamen vt cuiquam probabile videatur, Empedoclem in eadem fuisse sententia, aut *Scholiasten Arati* [39]), cui etiam de reliquis nonnullis quodammodo cum Empedocle conuenit, ad Empedocleum placitum respexisse. Verba eius sunt: *ἡλίου κέλευθος ἐστὶν ἡ διὰ μέσου τῶν ιβ' ζωδίων τῆς ἐναντίας τῷ παντὶ κινήσεως. ἄλην δὲ αὐτὴν εἶπεν* [40]), *οὐκ ἀπεικός· ἀνώμαλος γάρ ἐστι καὶ βραδεῖα. ἀγόμενος δ' ὁ ἥλιος ὑπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιφορᾶς, εἰς τοὐπίσω κατὰ μικρὸν ὑπονοστεῖ, καὶ ταύτην αὐτοῦ ἰδίαν κίνησιν λέγουσιν ἄνισον, ἐν ἰσημερίαις καὶ διαστήμασι χρόνου θεωρουμένην.* Eadem fere leguntur in scholiis *Theonis*, nisi quod post *κινήσεως* habet *ἣν ἄλλην εἰπεῖν οὐκ ἀπεικὸς*, vbi tamen legendum est *ἄλην*, et pro *περιφορᾶς* scripsit *περιφερείας*, item post hoc nomen inserit pronomen *αὐτὸς*, tum *μετὰ μικρὸν* exhibet pro *κατὰ μικρὸν*, et *λέγει* pro *λέγουσι*, denique postrema ita posuit: *ἐν ἰσημερίοις· καὶ χειμερινοῖς τοῖς διαστήμασι* etc. Deinde Empedocles legitur

38) v. *Achill. Tat.* introduct. in Aratum c. 10. p. 25. sq. in *Petauii* Vranologio ed. Antuerp. 1703. fol. et *Macrob.* in somn. Scip. 1, 18.

39) ad Phaenomena v. 321.

40) Scilicet *Aratus* tribuerat Soli *ἄλησιν*.

Digitized by Google

docuisse, olim multo quam nunc lentius iuisse solem. *Plutarchus* [41]) et *Galenus* [42]): *Ἐμπεδοκλῆς ὅτε ἐγεννᾶτο τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν ἥλιον, τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστιν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστιν ἡ ἑπτάμηνος. διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ᾗ *) τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος.* Scilicet, vt bene interpretatus est *Beckius*, Empedocles censuit naturam ita instituisse ab initio, vt vno die perficeretur infans, qui praecedente eum nocte conceptus fuerat. Tum vero diem fuisse decem mensibus aequalem. Aucta solis celeritate, idem spatium fuisse necessarium, vnde decimestres partus esse vitales. Eadem ratio est septimestrium. Quemadmodum autem Empedocles duo mundos, ita etiam duplicem solem statuisse fertur, alterum *ἀρχέτυπον*, alterum *τὸν φαινόμενον*. quam opinionem ita explicant *Plutarchus* [43]), *Gale-*

41) plac. philos. 5, 18.

42) hist. philos. c. 34.

*) Haud dubie legendum est *ἧς*, id quod iam *Beckius* monuit.

43) plac. philos. 2, 20. Cf. Obseruatt. Halens. T. IV.

Digitized by Google

nus [44]) et *Stobaeus* [45]): Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους, τὸν μὲν, ἀρχέτυπον, πῦρ [46]) ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον· τὸν δὲ, φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς [47]) τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην [48]) εἰς τὸν ἥλιον τὸν [49]) πρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ [50]) τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. His vero vix aliud quid dicitur, quam quod supra iam (ad n. 21 — 27.) ex aliis veterum locis attuli. Omnia enim eo redeunt, vt Empedocles statuisse putandus sit, illum solem, quem nos apparere et lucere videmus in nostro hemisphaerio, quod aëre quidem ille, sed ad-

p. 385. sq. vbi vir doctus Empedoclem ita statuisse credit ideo, vt alia quadam ratione, quam per antichthonem, sacro Pythagorae denario consuleret. Cf. ibid. p. 405. sq.

44) hist. philos. c. 14.

45) ecl. phys. 26. p. 530.

46) *Stob.* habet ὂν inter πῦρ et ἐν.

47) *Galen.* male omisit verba πεπληρ. ἀπὸ κυκλοτ.

48) *Stob.* γιγνομένην.

49) *Stob.* et *Galen.* omittunt τὸν ante πρυσταλλοειδῆ.

50) Apud *Stob.* hoc δὲ non legitur.

Digitized by Google

mixto tamen calore, impletum opinabatur, semper oppositum esse Soli alterius hemisphaerii, hoc est, igni siue luci coelesti, atque adeo nostrum solem, cui, vt coelo, tribuebat crystalli naturam, esse ignis illius in sole nostro repercussi resplendentiam quasi et refractionem, atque hanc ipsam ob causam ignis eiusdem siue Solis ignei et veri motum sequi. Apte igitur *Stobaeus* huic placito statim iunxit illud de Solis conuersione [51]): *τροπὴν δὲ*, inquiens, *γίγνεσθαι, ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυομένου ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων.* Nam si Sol *ἀρχέτυπος* idem est, qui ignis coelestis, et huius luminis repercussu noster sol vim lucendi accipit, sane Solis nostri motus non potest contrarius esse motui coeli, sed debet hunc sequi. Denique de magnitudine et defectu solis nostri haec tradidisse Empedoclem refert *Stobaeus*: *ἴσον δὲ τῇ γῇ τὸν κατὰ τὴν ἀνταύγειαν, ἔκλειψιν δὲ γίγνεσθαι σελήνης αὐτὸν ὑπερχομένης.*

Lunam, quam sole minorem esse Empedocles docebat [52]), vocabat *ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου*, h. e. partem quandam a sole auulsam, vt interpretatur *Petauius*. *Achilles Tatius* [53]),

51) v. supra ad n. 33 — 40.

52) v. *Diog. Laert.* 8, 77.

53) introd. in *Arati* phaenomena cap. 16.

Digitized by Google

vbi disserit de ordine septem sphaerarum, addit haec: ἡ πλείων δόξα πρώτην τὴν σελήνην λέγει. ἐπεὶ καὶ ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου λέγουσιν αὐτήν· ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Idem tradit *Achilles* alio loco [54]): Ἐμπεδοκλῆς ἀπόσπασμα αὐτήν φησιν ἡλίου, quanquam in priore loco adscripserat ipsa Empedoclis verba:

κυκλοτερὲς περὶ γαῖαν ἐλίσσεται ἀλλότριον φῶς.

E quibus manifestum est, eum rectius de luna sensisse, quam colligas ex interpretatione *Petauii*, ita vt luna ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου nominetur, quia lucis solaris est particeps. Alio modo descripsisse lunam legitur apud *Plutarchum* [55]): Ἐμπεδοκλεῖ δυσκολαίνουσι, πάγον ἀέρος χαλαζώδη ποιοῦντι τὴν σελήνην, ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς σφαίρας περιεχόμενον. Similiter apud *Eusebium* [56]): σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρός· τοῦτον γὰρ παγῆναι, καθάπερ καὶ τὴν χάλαζαν· τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Quae *Eusebii* verba possunt simul *Achillis Tatii* et *Plutarchi* verbis illustrandis seruire. Paulo

54) ibid. cap. 21. p. 141. B. (p. 83. ed. Antuerp.)
55) de facie in orbe lunae T. II, opp. p. 922. C.
56) praep. euangel. 1, 8. p. 24.

Digitized by Google

diuersa ratione Empedoclis sententiam enarrat *Stobaeus* [57]): Ἐμπεδοκλῆς ἀέρα συνεστραμμένον νεφοειδῆ, πεπηγότα ὑπὸ πυρὸς, ὥστε σύμμικτον, διακοειδῆ δὲ τῷ σχήματι. Vnde *Baco de Verulamio* [58]) dicit, Empedoclem lunae tribuisse substantiam flammae impurae et feculentae. Lunam autem a sole illustrari auctore Empedocle, praeter *Eusebium* et *Stobaeum* [59]) tradit *Plutarchus* [60]): ἀπολείπεται τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην γίνεσθαι τὸν ἐνταῦθα φωτισμὸν ἀπ' αὐτῆς. Eandem ob causam, et quia luna non radios, quales sol, emittit, et quia densa neque pellucida est, videtur illa ab Empedocle nominata esse lapidea. *Plutarchus* [61]): Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἑκατέρων (np. solis ac lunae) ἀποδίδωσιν οὐκ ἀηδῶς διαφοράν·

ἥλιος ὀξυμελής, ἡδὲ λάϊνα σελήνη.

τὸ ἐπαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον οὕτω προσαγορεύσας. Scilicet lucet quidem luna et exhilarat homines, sed ita, vt oculos

57) ecl. phys. 27. p. 552.

58) in descriptione globi intellectualis c. 7. p. 625. edit. opp. quam curauit *Sim. Ioh. Arnoldus*, Lips. 1694. fol.

59) ecl. phys. 27. p. 558.

60) de facie in orbe lunae T. II. opp. p. 929. D.

61) ibid. p. 920. C.

Digitized by Google

non laedat. Figuram lunae dicebat disco similem esse [62]). E quo intelligi potest locus *Plutarchi* [63]): τὸ φαινόμενον σχῆμα τῆς σελήνης, ὅταν ᾖ διχόμηνος, οὐ σφαιροειδὲς, ἀλλὰ φακοειδές ἐστι καὶ δισκοειδές· ὡς δὲ Ἐμπεδοκλῆς οἴεται, καὶ τὸ ὑποκείμενον, h. e. materia ei subiecta, vel eae lunae partes, quas nobis videre non licet. Nimirum significare voluisse videtur *Plutarchus*, lunam ab Empedocle non solum tum, cum est semiplena, sed in vniuersum putatam fuisse disci formam habere. Lunam duplo longius a sole, quam a tellure distare Empedocles credidisse perhibetur a *Plutarcho* [64]), *Eusebio* [65]), et *Galeno* [66]): Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς. Contra vero sensisse legitur apud *Stobaeum* [67]): Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ γῆς, ἤπερ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Eadem haud dubie lecta fuerunt in fragmento illo, quod nunc in codicibus quinque vetustis bibliothe-

62) v. *Diog. Laert.* 8, 77. *Plutarch.* plac. philos. 2, 27. *Eusch.* praep. euang. 15, 28. *Galen.* hist. philos. c. 15. et supra ad n. 57.

63) quaestt. Rom. 101. T. II. opp. p. 283. B.

64) plac. philos. 2, 31.

65) praep. euang. 15, 53.

66) hist. philos. c. 15.

67) ecl. phys. 27. p. 566.

Digitized by Google

cae Marcianae vitiose scriptum extat post indicem capitum libri quinti magnae syntaxeos *Ptolemaei*, et a quo non differt illud, quod est in Codice Mediceo et a *Bandinio* [68a]) indicatur, vt me per epistolam docuit *Morellius*, vir egregius [68b]). En igitur verba: Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τῆς γῆς ἐδόξαζεν. Desunt ergo verba ἥπερ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Nam dubitare vix licet, quin totum fragmentum haustum sit e *Stobaeo*, quod etiam docent sequentia, quae non piguit huc adscribere, vt possint cum *Stobaei* libris conferri. Nimirum statim post ἐδόξαζεν leguntur haec: οἱ δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἀκριβέστερον ἐπιβάλλοντες ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς σταδίων μυριάδας $\overline{\tau\eta}$, τὴν δὲ σελήνην ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας $\overline{o\eta}$. Vtra vero traditio genuinum Empedoclis decretum nobis retulerit, vix definiri a quoquam potest.

Stellas dicitur Empedocles ignitas putasse. *Achilles Tatius* [69]): Ἐμπεδοκλῆς πυρίνους

68 *a*) in catalogo codicum graecor. biblioth. Laurent. T. II. p. 1.

68 *b*) Cf. eiusdem *Morellii* bibliothecae manuscriptae T. I. p. 182. sq.

69) introduct. in *Aratum* c. 11.

Digitized by Google

αὐτοὺς (np. τοὺς ἀστέρας) εἶπε. *Galenus* [70]: Θαλῆς μὲν ὑπολαμβάνει γεώδη εἶναι τὰ ἄστρα, ἔμπυρα δέ· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, πύρινα μόνα. Paulo vberius rem explicant, et pauca quaedam de discrimine stellarum fixarum et errantium addunt *Plutarchus* [71]), *Eusebius* [72]) et *Stobaeus* [73]): Ἐμπεδοκλῆς πύρινα (τὰ ἄστρα) ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ ὁ αἰθὴρ [74]) ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξέθλιψε [75]) κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν (np. τῶν στοιχείων). — Ἐμπεδοκλῆς τοὺς μὲν [76]) ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ [77]), τοὺς δὲ πλάνητας ἀνεῖσθαι.

De arctis siue vrsis quid placuerit Empedocli, iam supra monitum fuit [78]).

De Tropicis non nisi haec reperi, quae referunt *Plutarchus* [79]), *Eusebius* [80]), *Gale-*

70) hist. philos. c. 13.

71) plac. philos. 2, 13.

72) praep. euang. 15, 30.

73) ecl. phys. 25. p. 506.

74) *Euseb.* omittit articulum ὁ, et *Stob.* habet ἀὴρ pro αἰθὴρ. Cel. *Heeren* praefert αἰθήρ. v. supra p. 322. sq.

75) *Euseb.* ἐξανέθλιψε. *Stob.* ἐξανέλαμψε, ἤτοι ἐξανέθλιψε.

76) *Stob.* vtrumque hoc placitum statim iunxit, sic: καὶ τοὺς μ.

77) h. e. coelo v. supra ad n. 14.

78) §. 12. ad n. 28. sqq. p. 316.

79) plac. philos. 2, 10.

80) praep. euang. 15, 41.

Digitized by Google

nus [81]), et *Stobaeus* [82]), et quae hic ponere liceat: Ἐμπεδοκλῆς δεξιὰ μὲν [83]), (scilicet τοῦ κόσμου) τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ, τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν. Iam cum ὁ θερινὸς τροπικὸς sit Tropicus Cancri, quem vbi Sol tangit, efficitur nobis solstitium aestiuum, ὁ χειμερινὸς autem Tropicus Capricorni, quem cum Sol adit, fit brumale solstitium, cumque ille vergat ad septentriones, hic ad meridiem *): patet, dextras mundi partes esse septentrionales, sinistras autem meridianas. Haec ratio Empedoclea est antiquissima, quippe ab Aegyptiis orta. *Plutarchus* [84]): Αἰγύπτιοι οἴονται, τὰ μὲν ἑῷα, τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, τὰ δὲ πρὸς βορρᾶν δεξιὰ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά. Neque dubium est quin eadem fuerit Pythagorica **), quamuis *Stobaeus* loco laudato Pythagoram dicat idem statuisse, quod Platonem et Aristotelem, dextras mundi partes esse orientales, sinistras autem occidentales. Sed

81) hist. philos. c. 11.

82) ecl. phys. 16, p. 358.

83) *Galen.* δεξιὰ εἶναι, et paulo post τῶν θερινῶν τροπῶν, et τῶν χειμερινῶν.

*) v. *Achill. Tat.* introd. in *Arat.* cap. 23. et 25.

84) De Iside et Osiride c. 32.

**) Et his iam scriptis, laetus vidi, hoc diserte dicere *Achillem Tatium* l. l. cap. 28. οἱ Πυθαγόρειοι δεξιὰ μὲν τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια καλοῦσιν.

Digitized by Google

Ioachimus Camerarius iam [85]) animaduertit, Aristotelis subtilitatem hunc situm inuertisse, quippe qui [86]) dicit, dextras mundi partes esse ad ortum, et sinistras ad occasum. Graeci vero reperiuntur secuti esse Empedoclis rationem. Nimirum animo fingi et cogitari mundus debet similis homini, qui, vbi ita collocatus est, vt a tergo solem habeat orientem, septentriones habet a dextra. Cum autem dextra apud plerasque gentes atque adeo apud Graecos fuerit honoratior, intelligitur, cur Graeci, vbi de coelo seruarunt, conuerterint se ad septentriones, ita vt a dextra haberent Orientem, quae plaga putabatur feliciora Occasu omina praebere. Latini contra, cum dextras ad meridiem partes, laeuas ad septentrionem esse dicerent [87]), in captandis auspiciis conuertebant se ad meridiem, ita vt plagam orientalem haberent a sinistra, quia, quae nobis laeua sunt, a diis dextra ex parte dimitti putabant [88]). Quare, vt notum est, dextra Graecis fausta fuerunt, Latinis sinistra. Idem *Camerarius* etiam alio loco de ista re

85) de generibus diuinationum, Lips. 1576. 8. p. 72.

86) de coelo 2, 2.

87) v. *Liu* 1, 18. et *Varro* lib. 5. epistolicar. quaestionum, ap. *Festum* in *Sinistrae aues*.

88) Saltem *Alex. ab Alexandro* causam hanc affert in Diebus genialibus 5, 13. Alia habet *Plutarch.* quaestt. Rom. c. 78.

Digitized by Google

disserit [89]) sic: ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καθάπερ ἱστόρησεν ὁ Πλούταρχος (v. supra), ἐποίησε δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικόν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν. — ὁ Ἁλικαρνασσεὺς [90]) φυλαξάμενος τὴν Ἐμπεδοκλείην, ὡς ἔοικε, παράδοσιν, καὶ παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς Ῥωμαίοις τὰ βόρεια μέρη ὡς δεξιὰ παραστησάμενος, ἠτιολογήσατο τὴν ἀρίστην οὖσαν καθέδραν καὶ στάσιν τῶν ἐπ' οἰωνοῖς μαντευομένων, τὴν βλέπουσαν πρὸς ἀνατολάς.

De ventis quid senserit Empedocles, non nisi ex *Olympiodoro* colligi potest, cuius haec sunt verba [91]): τί μέν ἐστιν ἄνεμος, ὅτι κίνησις τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως καὶ οὐ τοῦ ἀέρος. καὶ πῶς γίνεται, ὅτι τῆς ἀναθυμιάσεως ταύτης ἐκδιδομένης καὶ μὴ ἐκπυρουμένης. καὶ τί τὸ κινοῦν αὐτοὺς λοξὴν κίνησιν· ὅτι οὐ τὸ γεῶδες καὶ τὸ πυρῶδες τὴν ἐναντίαν κινούμενα κίνησιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ᾤετο, ἀλλ' ὁ κύκλῳ κινού-

89) in quaestionib. promiscuis, Ἐτυμολογίαι decur. VI. problem. III. in *Gruteri* thesauro critico T. IV. p. 165.

90) v. *Dionys. Halicarn.* archaeol. Rom. 2, p. 80. sq. ed. *Sylburg.* quem locum si quis attente legerit, intelliget, *Camerarium* hic errasse, et *Dionysium* prorsus consentire cum *Liuio.*

91) ad *Aristot.* meteór. 1, 13. fol. 22. b.

Digitized by Google

μενος ἀήρ. Putauit igitur Empedocles, motum ventorum obliquum existere ex motu materiae terrenae et igneae inter se contrario.

De fulgure vel igni illo in nubibus, e quo fulgura et tonitrua oriantur, ita statuisse narratur ab *Aristotele* [92]): τοῦτο (np. τὸ πῦρ ἐν τοῖς νέφεσιν) Ἐμπεδοκλῆς φησιν εἶναι τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. Sed *Aristoteles* hanc opinionem vocat ἄλογον, cuius refutationem sic refert *Alexander Aphrodisiensis* [93]): λέγει (Aristoteles) τινὰς ἡγεῖσθαι, πῦρ τι ἐν τοῖς νέφεσιν ἐναπολαμβάνεσθαι, καὶ κεῖνο αἴτιον εἶναι τῆς τε βροντῆς καὶ τῆς ἀστραπῆς. τοῦτο δὲ τὸ πῦρ, Ἐμπεδοκλέα μὲν λέγειν εἶναι τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐν τοῖς νέφεσι μέρος τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. — τούτου δὴ τοῦ πυρὸς, τοῦ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπειλημμένου, τὴν μὲν διάλαμψιν, ἀστραπὴν εἶναι· τὸν δὲ γινόμενον ψόφον καὶ τὴν σίξιν (leg. πλῆξιν), ἐναποσβεννυμένου αὐτοῦ ἐν τῷ νέφει, βροντήν. ὡς καθ' ἣν φαίνονται τάξιν, οὕτω καὶ γινομένων αὐτῶν, πρώτης μὲν τῆς ἀστραπῆς, δευτέρας δὲ τῆς βροντῆς. εἰπὼν δὲ ταῦτα, δείκνυσιν αὐτὰ καὶ ἄλλως ἀτόπως

92) meteor. 2, 9.

93) ad *Aristot.* l. l. fol. 111. b. et 112. a.

Digitized by Google

λεγόμενα. καὶ πρῶτον μὲν ἀλόγως φησὶ λέγεσθαι, τὸ εἶναι πῦρ, τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐν τοῖς νέφεσιν, — ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέα (leg. Ἐμπεδοκλέους) λεγόμενον πιθανὸν, τὸ εἶναι ἐν τοῖς νέφεσι πῦρ, τὴν ἀπὸ τῶν ἀκτίνων ἀπολαμβανομένην ἐν αὐτοῖς θερμότητα, ἣν γίνεσθαι τῆς τε ἀστραπῆς καὶ τῆς βροντῆς αἰτίαν. — ἔσται γὰρ οὕτω τὸ αἴτιον τῆς βροντῆς τε καὶ ἀστραπῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἀποκείμενόν τι καὶ κεχωρισμένον, καὶ προϋπάρχον, ἐνεργείᾳ ὂν ἤδη τόδέ τι καὶ περιεχόμενον ἐν τῷ νέφει. *Stobaeus* autem ita exponit mentem Empedoclis [94]): Ἐμπεδοκλῆς ἔμπτωσιν φωτὸς (h. e. radiorum solis) εἰς νέφος, ἐξείργοντος τὸν ἀνθεστῶτα ἀέρα, οὗ τὴν μὲν σβέσιν καὶ τὴν θραῦσιν κτύπον ἀπεργάζεσθαι, τὴν δὲ λάμψιν, ἀστραπήν· κεραυνὸν δὲ, τὸν τῆς ἀστραπῆς τόνον.

Quomodo hiemem et aestatem oriri putauerit Empedocles, docent *Plutarchus* [95]) et *Stobaeus* [96]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ, χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦν-

94) ecl. phys. 30, p. 592.
95) plac. philos. 3, 8.
96) ecl. phys. 9, p. 262.

Digitized by Google

τος τῇ πυκνώσει καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω [97]) βιαζομένου· θερείαν δὲ, τοῦ πυρὸς (np. ἐπικρατοῦντος,) ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται (np. ὁ ἀήρ). Quae verba vt recte intelligantur, conferenda sunt, quae supra attuli [98]).

97) *Stob.* omittit καὶ, et habet εἰς τὸ ἀνώτερον, vt paulo post εἰς τὸ κατώτερον.

98) ad n. 3. sqq. et §. 12. ad n. 29 — 32. p. 316.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THIS BOOK IS DUE ON THE LAST DATE STAMPED BELOW

AN INITIAL FINE OF 25 CENTS
WILL BE ASSESSED FOR FAILURE TO RETURN THIS BOOK ON THE DATE DUE. THE PENALTY WILL INCREASE TO 50 CENTS ON THE FOURTH DAY AND TO $1.00 ON THE SEVENTH DAY OVERDUE.

MAY 9 1945

LD 21–100m-12,'43 (8796s)

U. C. BERKELEY LIBRARIES
C046207682

YB 40739

301605

Empedocles

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

Digitized by Google